This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

CLAVDII AELIANI

SOPHISTAE

VARIA HISTORIA

GRAECE

ADNOTATIONIBVS IAC. PERIZONII

INPRIMIS

ET ALIORVM SELECTIS INSTRVCTA

VSVIQVE

IVVENVM GRAECA AMANTIVM

PRIVATO QVOD DICVNT

ADCOMMODATA

PRAEFATIONE *SCHELLERI* V. CEL. PRAEMISSA

CVRAVIT EDITIONEM

NOTAS SVAS INDICESQVE ADIECIT

GOTTLIEB BENIAMIN LEHNERT

PARS PRIOR

LIPSIAE MDCCXCIV

APVD I. G. I. BREITKOPF, FIL. ET SOC.

Digitized by Google

Digitized by Google

Greek
Hiersemann
3-17-27
14493
2 vols.
9-12-27. amis

PRAEFATIO
I. I. G. SCHELLERI

Quod in huius libri fronte nomen meum conſpicis, Lector beneuole, id nolis ita interpretari, quaſi in eo auctoritatis quidquam ineſſe, aliquidue comendationis libro adferri nominis mei aut verborum meorum ope poſſe exiſtimem. Neque enim quisquam me melius novit, quam tenuis et manca ſit mea literarum graecarum ſcientia. In quas licet inde a prima adoleſcentia omni ſtudio incubuerim, hancque in rem optimorum ſcriptorum graecorum non paucos diligenter legerim, haec tamen lectio cum ob alias cauſas, tum praecipue acri quodam ſtudio de literis latinis pro viribus bene merendi, aliquotque libellos huc ſpectantes in lucem emittendi multis ex annis ita interrupta eſt, vt, ſi qua mihi graecae linguae ſcientia fuit, ea, niſi decreſceret, tamen non magnopere creſceret.

Neque ego profecto facile prouinciam ſcribendae huius praefationis ſuscepiſſem, niſi, vt a bibliopola, ita maxime a Doctiſſimo Editore rogatus eſſem. His precibus modeſtiam quamdam ſignificantibus deeſſe nefas habui, praeſertim cum Doctiſſ. Editor olim fuerit meus diſci-

Digitized by Google

pulus, isque, vt omnino sua industria, ita studio linguae et latinae et maxime graecae insignis, quem scio ad hoc vsque tempus Graecorum optimos quosque adsidue legisse, tantaque eos legendi cupiditate flagrare, vt ea vix satiari posse videatur. Deinde liber ipse, qui prodit in lucem tum per se, tum maxime propter praeclaras magni *Perizonii* animaduersiones, quas cum ceterorum Editorum notis Doctiss. Editor in compendium redegit suisque auxit, me incitauit, vt eo magis voluntati Doctiss. Editoris obtemperandum esse arbitrarer.

Vnde enim, quaeso, studiosi linguae graecae melius ac certius huius verum gustum legitimamque cognitionem hauriant, quam ex animaduersionibus, quibus magni viri, quales sunt *Perizonius*, *Hemsterhusius*, *Doruillius*, *Valkenarius*, *Wesselingius*, *Ruhnkenius*, *Ernesti*, *Brunkius*, *Heynius* aliique priscos scriptores illustrarunt? Nam licet magistri et in scholis et in Academiis prudenti priscorum interpretatione non parum proficere possint, hoc tamen nullo modo sufficit, praesertim discipulis, qui vltra mediocritatem sapere, qui priscos ipsos suo, quod aiunt, Marte legere, qui vbique suis oculis ipsi videre cupiunt. Copia enim rerum discendarum longe est maior, quam vt earum cogitionem tam breui spatio absoluere liceat, vt taceam, ea, quae illi magistri discipulis suis in priscis interpretandis tradant, plerumque paucis verbis tradenda

Digitized by Google

denda esse, vt librum explicandum certo tempore absoluant. Cupidi literarum, vt latinarum, ita graecarum, tam breui interpretatione contenti esse nequeunt, quaerunt vberiores interpretationes, in quibus non modo singula, quae explicantur, causis iustis locisque pluribus iisque aptis confirmentur, sed etiam interiora linguae euoluantur. Haec est ipsa causa, cur notae *Minellii* vel *ad modum Minellii*, etiamsi recte explicent, tamen plerumque non tam placeant, quam *Burmanni*, *Doruillii* cet.

His summorum virorum animaduersionibus (vt de *Vigeri*, *Hoogeuenii* similiumque laboribus nihil dicam) eo minus carere possunt studiosi literarum graecarum, quo magis carent Lexicis, e quibus ista, quae in illis animaduersiones traduntur, discere queant.

Lexica, quibus studiosi literarum graecarum vti solent, sunt plerumque Lexicon *Scapulae* (*Stephanus* enim in pauciſſimorum manibus esse potest) et *Hederici*, cura Cel. *Ernestii* locupletatum (vt nihil ob angustiam temporis dicam de minoribus, vt *Vollbedingii* et *Dillenii*).

Ambo illa Lexica habent sua praecipua, vt bona, ita vitia. *Scapulae* Lexicon habet hoc praecipui prae Hederico, quod illic loca e priscis adferuntur. Attamen sunt pauca; et haec loca plerumque non traduntur definite h. e. non memorato libro, capite ac, si e poetis sumta sunt, versu: talia enim loca non possunt euol-

Digitized by Google

vi, cum tamen e contextu saepe vis et vsus vocabuli recte demum intelligi queat. Praeterea nonnulla sunt perperam laudata, v. c. liber Homeri pro libro, Ilias pro Odyssea, et contra nonnumquam memoratur. Deinde in illo Lexico hoc molestum est, quod vocabula non ex ordine literarum, vt in *Hederico*, sed secundum etymologiam, non semper certam, sed saepe etiam tantum opinatam digesta reperiuntur. Qui itaque eam non adcurate tenet, nec simul saepe coniectare didicit, omninoque illud Lexicon paullo diutius tractauit atque ita istum ordinem adcurate iam nouit, is non potest ista vocabula semper facile inuenire, praesertim cum nonnulla vocabula alii vocabulo, tamquam fonti vel matri tam mire subiecta sint, vt interdum hariolus esse cogatur, qui illa quaerat. *Hederici* Lexicon ab *Erneſtio* auctum ob plures significationes vocabulorum est praeferendum *Scapulae;* at simul huic postponendum hactenus, quod nulla scriptorum loca, quae significationibus illis illustrandis et confirmandis seruiant, illic inueniuntur. Multae vero vocum significationes sunt tales, vt, nisi loca addantur, satis intelligi nequeant, mensque lectoris incerta maneat. Ambo praeterea Lexica sunt manca. Desunt in iis non modo vocabula, sed etiam non paucae constructiones et significationes vocabulorum.

Verum quamdiu certae definitaeque significationes vocabulorum in Lexicis non traduntur,

Digitized by Google

tur, idoneisque locis priſcorum non confirmantur et illuſtrantur, tamdiu interpretes priſcorum huic vel illi vocabulo hanc vel illam vim, prout contextus hanc vel illam ſuadere videatur, vel potius pro ſuo cuique guſtu et intelligentia placeat, tribuere non dubitabunt. Hinc vidimus, ſaepe in notis et indicibus priſcorum vocibula ab alio aliter explicari, nullo nec argumento nec loco e priſcis adlato. Lectori, niſi eſt linguae graecae valde peritus, et adſuetus ſeueræ explicandi rationi, placet ſaepe iſta diverſa explicatio. Sed ſic tandem mens eius perturbetur et incerta, quaenam explicatio magis veritate nitatur, fiat neceſſe eſt. Hinc patet, viam dicendae linguae latinae, ob meliorem Lexicorum latinorum rationem longe hodie expeditiorem eſſe, quam graecae. Optandum eſt, vt vir aliquis, praeſidiis idoneis inſtructus, adgrediatur ad Lexicon graecum adcuratius elaborandum, a quo non modo omnia vocabula explicentur, ſed etiam ſignificationes et conſtructiones eorum, quam fieri poſſit diligentiſſime, iuſto ordine enarrentur locorumque idoneorum auctoritate ſtabiliantur, quemadmodum fere vol in *Geſneri Theſauro latino* factum eſt, vel in meo qualicumque *Lexico* latino vt fieret operam dedi. Illius magnitudinem per ſe intelligitur longe debere exſtare modum Lexici Hedericiani, vtpote nimium anguſtum, et aequare fere magnitudinem Scapulae. Debet vero ille ſimul valere ſcientia examinandi interpretationes, vt

Digitized by Google

veterum, ita recentiorum, falsasque a veris discernendi; atque veritatis ita esse amans, vt non modo nihil auctoritati aliorum, licet celebrium, temere tribuat, sed ne ea quidem, quae ipse alicubi perperam dixerit, corrigere, veritate ita postulante, dubitet. Non ego sane is sum, qui tali labori par videar; adeo pauculae sunt copiolae meae. Maioribus vtique copiis opus est ad talem librum legitime concinnandum.

Ceterum paucula exempla adferam, quae id, quod de manca adhuc ratione Lexicorum graecorum supra dixi, quodam modo doceant. Sed, ne nimis longus fiam, tantum fere de nonnullis significationibus vocabulorum, qua in illis Lexicis praetermissas esse videre mihi visus sum, sermo hic erit.

1) Τέτυχλαι non semper est *factus (a, um) est*, sed saepe etiam significat *est*, atque ita pro ἐστὶ ponitur. Exempla multa sunt ap. Homerum, v. c. Ζεὺς, ὅς τ' ἀνθρώπων ταμίης πολέμοιο τέτυχλαι, Il. δ', 84. τ', 224 i. e. *est*: sic κακὸν δέ τε σῆμα τέτυχλαι, Il. χ', 2 et sic saepius, v. c. Il. π', 589. Φ', 191 cet.: si et ἐτέτυχλο seu τέτυχλο i. e. *erat*, Il. ρ', 279. Φ 191. ψ', 455 cet.: sic ἐτέτυξο i. e. *eras*, Il. μ', 4.

2) Ἔπλετο (a πέλομαι) proprie *erat*, saepe pro ἐστὶ *est* ponitur, v. c. Hom. Il. α', 506. β', 480. ϑ', 552. cet.: sic ἔπλ, i. e. *es*, Il. α', 418.

3) Κελαινεφὴς sim. ac. *niger*, v. c. αἷμα, Hom. Il. δ', 140. ε', 798.

4) Φυ-

Digitized by Google

4) Φυκλὰ i. e. *potestas fugiendi*, Hom. Il. π', 128: sic νηκλὸν i. e. *potestas natandi*, Anacr. III, 5. (hic not. simul φύξιμον i. e. *effugium*, Hom. Od. ε', 359, et φύξιμος i. e. *qui effugere potest*, seq. Accus. Sophocl. Antig. 788).

5) Τελευτήσεσθαι, i. e. *fore, factum iri*, Hom. Il. ν', 100: sic τετελέσθαι i. e. *fore, factum iri*, Hom. Il. α', 204: sic πάντα τελείεται i. e. *omnia fient*, Odyss. τ', 305: τετελεσμένον ἔσται i. e. *fiet*, Hom. Il. α', 212. ψ', 410.

6) Εὔχομαι εἶναι i. e. *sum*, vel *dico* (*profiteor*) *me esse*, sed prius praeplacet, v. c. εὔχομαι εἶναι υἱὸς cet. Hom. Odyss. α', 180: ὅς — ἄριστος εὔχεται εἶναι i. e. *est*. Il. α', 91. β', 82 et sic saepius v. c. Il. ε', 246. ζ', 210. Odyss. ξ', 450 cet. In nonnullis locis fateor posse explicari *profiteor, dico*, interdum et *glorior*; sed vix vbique quadrat, meliusque conuenit *sum, est* cet.

7) Ἵημι τι, *mitto, iacio aliquid*, v. c. *lapidem, iaculum* cet. notum est; coniungitur vero etiam cum *Datiuo* rei, quae iacitur, v. c. βώλῳ i. e. *gleba*, Xenoph. Cyrop. VIII, 3, 28: vt nostri dicunt, *mit einem Steine werfen*: Sic Hom. Il. β', 774 Δίσκοισι τέρποντο — ἱέντες τόξοισί τε, vbi aptius, mea sententia, *Datiuus* refertur ad ἱέντες quam ad τέρποντο. Sic et βάλλειν, v. c. ἰοῖς pro ἰὸς, v. c. ἰοῖσί τε τιτυσκόμενοι λάεσσί τ' ἔβαλλον, Ibid. γ', 80, vbi nihil impedit, quo minus isti *Datiui* coniungantur cum ἔβαλλον. Et cum saepius dicatur βάλλειν τινα *aliquem ferire, adtingere, icere*, (vt nos: *jemanden*

Digitized by Google

werfen, treffen, v. c. *mit einem Steine*) cur non possit instrumentum, quo aliquis feritur, in *Dativo* poni? Imo in quo alio casu, quam *Dativo*, poni apte queat? Sic Cicero Fin. IV, 9. dixit *traiicere murum iaculo* pro *iaculum trans murum*.

8) *Verba Transitiua*, quae alias *Accusatiuum* secum habent, reperiuntur et iuncta *Genitiuo*, v. c. δεῖ — λάμβανειν — τῶν χυτρῶν, Aristoph. Av. 355: πτερῶν ἐμῶν λαβέσθαι, Ibid. 1759. Alibi Aristophanes iungit Accusatiuo, v. c. τὰς χύτρας λαβέσθαι, Plut. 1199. Et quid impedit, quo minus vnus idemque homo duplici constructione vtatur? Sic accipere licet λάβε γένων pro γόνατα, Hom. Il. ά, 470 et 500; vbi possit quidem e praecedd. μιν (i. e. αὐτὸν) intelligi, vt locutio haec similis fiat illi λαβεῖν τινὰ ποδῶν, Hom. Il. δ', 463. Sed quae necessitas id cogit facere? Sic Cicero Verbum *memini* et *Genitiuo* et *Accusatiuo* iungit: idemque *egeo* et *indigeo* tum *Genitiuo*, tum *Ablatiuo*. Et sic plura ap. Latinos. Scio equidem, saepe ad *Genitiuos* quosdam intelligi solere Pronomen τὶς, τὶ; sed quis hoc vbique necessarium credat? Sic τέμνειν τὴν γῆν et τῆς γῆς, i. e. *terram vastare, depopulari*, occurrit, v. c. ἔτεμον τὴν Τροιζηνίδα γῆν, Thucyd. II, 56; et paullo ante ἔτεμον τῆς γῆς τὴν πολλὴν: sic τὴν γῆν πᾶσαν ἔτεμον, Ib. 57: et cum *Genit.* v. c. τῆς γῆς ἔτεμον, Ib. I, 30: τῆς τε γῆς ἔτεμον, Ib. II, 56. *Gottleberus* vult hic intelligi τὴν πολλήν. Quae ellipsis inaudita est. Melius,

si

Digitized by Google

si quid deesse debet, dixisset cum Scholiaste deesse μέρος τι. Sed forsan nihil deest. Est forsan vt *meminisse rei* et *rem*, *egeo rei* et *re* (quid hic deest?), vel λαβεῖν χύτρας et χυτρῶν, de quo ante dictum. Et sic plura Verba cum *Genit.* et *Accusat.* reperiuntur; sic χαλᾶν τὴν ὀργὴν Aristoph. Vesp. 726 et τῆς ὀργῆς, Aristoph. Av. 381 i. e. *iram remittere.* Vtrumque enim idem valet. Sic contra ἰδεῖν, quod Accusatiuum regere solet, etiam cum *Genit.* reperitur, v. c. εὖ εἰδῇ σοφίης Hom. Il. ὁ, 412; praesertim Particip. εἰδὼς (i. e. sciens, peritus) saepissime Genitiuo iungi notum est. Sic τυγχάνειν, quod *Genitiuum* amat, Accusatiuum secum habere videtur Ib. ἑ, 582 ἀγκῶνα τυχὼν; nisi hic velis κατὰ intelligere, ita, vt simul αὐτόν, quod ad τυχὼν referatur, intelligas; quod tamen forsan non opus.

9) ὧδε, proprie *sic*, *ita*, saepissime pro τόδε ponitur, v. c. Hom. Il. ά, 212. ψ, 410 cet. Sicque Latinorum *ita* et *sic* vsurpari, v. c. ante *Accus.* cum *Infin.*, in Lexico monui.

10) ἔστι τῇ (Ion. pro ἔστιν ᾗ) i. e. *quodam* modo, *quadam* ratione (forsan scil. ὁδῷ), v. c. ἔστι τῇ με νικᾷς cet., Herodot. I, 40, pro quo alibi dici ἔστιν ὡς, ἔστιν ὅπως, notum est.

11) Αἰχμάσσω, quo verbo caret Scapula, in Lexico Hederici, ab Ernestio locupletato, reperitur, nescio illius an huius cura, diciturque esse idem quod αἰχμάζω. Sed forsan respicitur ad Hom. Il. δ', 324. vbi est αἰχμὰς αἰχμάσσασι.

Digitized by Google

σασι. Sed hic videtur esse *Futurum* ab αἰχμάζω.

Turbant deinde saepe etiam interpretes, non vbique quaeque adcurate et distincte tradentes, saepe contextus magis quam significationis propriae vocabuli rationem habentes atque ita inter se, vt fit, (quia vel nulla certa regula est, vel nullam certam regulam sequuntur) dissidentes; v. c.

1) Vulgo tradunt, praeeunte maxime *Kustero* (cuius de laudibus nihil detractum velim), *Verba Media* reciproce vsurpari. Quod qui crederet tam subtiliter praeceptum esse, vt numquam *Media* pro *Transitiuis* s. *Actiuis* poni arbitraretur, is erraret. Saepissime enim sic *Media* occurrunt, v. c. σημαίνεσθαι pro σημαίνειν est Herodot. II, 38. σημαίνεται βύβλῳ περὶ τὰ κέρεα pro κέρατα) εἰλίσσων. Sic σείεσθαι vel σείεσθαί τινα saepe ap. Hom. pro σείειν: sic σκοπεῖσθαι Xenoph. Memor. II, 2, 4. II, 6, 4. pro quo alibi saepe σκοπεῖν vsurpat. Sic προτρέπειν et προτρέπεσθαί τινα nihil differre possunt; illud legitur Xenoph. Cyrop. III, 3, 51. Memor. I, 2, 64; hoc Xenoph. Memor. I, 2, 32. III, 3, 8. Sic occurrit non modo τύπτειν τινα, sed et τύπτεσθαί τινα, v. c. τύπτονται τὸν κριὸν, Herodot. II, 42 extr. (alibi τύπτονται est *verberant se*, Ib. 40 extr.). Sic εἶδω et εἴδομαι (Hom.) i. e. video, οἶω et οἴομαι, τίω et τίομαι τινα (Hom.), τιμάω et τιμάομαι τινα (Xen. Cyrop. VIII, 7, 15.) cet. Sic θυμὸν ἐξαιρεῖσθαι τινι,

Digitized by Google

τινὶ, Hom. Il. ρ', 678. χ', 388.; cur non ἐξαιρεῖν? Et sic innumerabilia. Pertinet huc inprimis θέσθαι νόμον, i. e. legem *ferre* seu *facere*, siue sermo sit de populo eam iubente, seu de homine illam promulgante. *Kusterus* quidem de *Verbis Graecorum Mediis* p. 131. Ed. Woll. ait, θεῖναι νόμον dici de *legislatore*, θέσθαι νόμον dici non de legislatore, sed *de populo*, qui *legem a legislatore sibi ferri facit, curat* vel *mandat*, vel *legem a legislatore latam accipit, eamque suffragio suo confirmat.* Idem fere repetiit Cel. Ernesti ad Xenoph. Memor. IV, 4, 19: „*homines*, inquit, *dicuntur* θέσθαι νόμους, *quia sibimet ipsi constituunt, dii autem* θεῖναι, *quia aliis scil. hominibus, vt demonstrat Kusterus de Verb. Med. et hic locus plane docet. cf. supra n. 14.*" Sed vt hic locus ita explicari possit, tamen non continuo inde sequitur, illud Medium vbique sic explicandum esse necessario. Imo, vt alia *Media* innumerabilia pro *Transitivis* seu *Actiuis* poni supra dictum est, sic et θέσθαι νόμους de legislatore non semel occurrit, v. c. de Solone, legislatore illo Athenienſium, bis legitur ap. Herodot. I, 29. Verba sunt: Σόλων, ὃς Ἀθηναίοισι νόμους κελεύσασι ποιήσας ἀπεδήμησε ἔτεα δέκα — ἵνα δὴ μή τινα τῶν νόμων ἀναγκαθῇ λῦσαι, τῶν ἔθετο. Et statim: ὀρκίοισι γὰρ μεγάλοισι κατείχοντο, δέκα ἔτεα χρήσεσθαι νόμοισι, τὺς ἂν σφισι Σόλων θῆται. Hic ἔθετο et θῆται de Solone. Cur Herodotus non *Transitiuo* seu *Actiuo* vsus est? Et ipse *Kusterus* in libro citato laudat

ipse

ipse duo loca Plutarchi, vbi θέσθαι νόμους de legislatore dicitur, alterum de Solone, alterum de Xanthippo; sed addit Vir Celeberrimus, id minus adcurate dici. Cur minus adcurate? nonne quia ista loca ipsius opinioni repugnant? Loca Herodotea non adfert. Quae si adtulisset, forsan et Herodotum dixisset minus adcurate dixisse. At forsan propterea θέσθαι νόμους de legislatore, v. c. Solone vsurparunt Herodotus et Plutarchus, quia Solon non modo populo, sed sibi ipsi simul illas leges tulerit. At hoc est argutari. Nam alibi de legislatoribus Atheniensium et Lacedaemoniorum, Solone, Draconе et Lycurgo vsurpatur *Transitiuum* seu *Actiuum*, cuius rei exempla Kusterus non pauca adfert. Non video, cur τίθεσθαι et τιθέναι, quod vtrumque *facere* significat, non aeque bene de legislatore dici possit. Et locus Xenophontis, ad quem *Ernesti* illam notam adposuit, haud necessario, si quid video, de populo legem accipiente vel sibi constituente intelligi debet. Aeque bene de *legislatore* accipi potest. Xenophon ibi ait: Ἔχοις ἂν ἐν εἰπεῖν, ἔφη, ὅτι οἱ ἄνθρωποι αὐτὰς (νόμους) ἔθεντο; Hic sermo est de hominibus in vniuersum, non necessario de populis. Sic et se res habet cum loco ab Ernestio laudato, Xenoph. Memor. IV, 4, 14, ἃς (νόμους) γε πολλάκις αὐτοὶ οἱ θέμενοι ἀποδοκιμάσαντες μετατίθενται. Quinam sunt οἱ θέμενοι? Homines, non necessario populi, qui nemini forsan in mentem venissent, nisi

Digitized by Google

nisi praeceptum illud Kusterianum de vi Verborum Mediorum imbibisset. In vtroque nihil aliud est θέσθαι νόμους, quam leges *facere*, *ferre*. Videtur itaque certum, θέσθαι νόμους esse nihil aliud, quam *leges* facere vel ferre, nulla habita personae ratione; siue sermo sit de homine illas faciente vel ferente, seu de populo illam accipiente et iubente. — Aeque se res habet cum formula ἄγεσθαι γυναῖκα, quam dicit Kusterus in laudato libro p. 41. significare *ducere vxorem* (*heurathen*), dicique de solo sponso; cum contra ἄγειν γυναῖκα foret *vxorem suam* vel *alienam aliquo ducere* cet. At ἄγεσθαι γυναῖκα, quamquam alibi *ducere vxorem* (de sponso), tamen etiam de patre dicitur, qui filio dat vxorem, v. c. Herodot. I, 30 de Croeso: ἄγεται τῷ παιδὶ γυναῖκα. Potest vero etiam explicari, *curat vxorem ducendam filio*, vt διδάξασθαι, *erudiendum curare*. Sensus tamen idem manet. Hoc certe adparet, non semper illam formulam significare *ducere vxorem*, de sponso, vt Kusterus tradit.

2) Clar. *Zeunius* explicat (in Indice Xenoph. Cyrop.) οἴχομαι iunctum Participio per *statim*, v. c. φεύγων ᾤχετο vertit *celeriter* (vel *statim*) *aufugit* (Cyrop. VI, 2, 19.). Quomodo οἴχεσθαι hanc vim habere possit? Deinde ne vlla quidem necessitas, nec contextus ratio, quae sola consulta, nulla habita significationis propriae ratione, tot minus necessarias significationes vocum hucusque perperam peperit, effecitque, vt significationes vocabulorum, ab horum natura plane

Digitized by Google

plane alienae saepius fingerentur, cogit ita interpretari. Οἴχεσθαι est *abire*, Φεύγειν *fugere*. Ergo ὤχετο Φεύγων nihil aliud esse potest, quam *fugiebat*, *aufugiebat*, proprie *abibat fuga* seu *fugiens*. Possit et simpliciter esse pro ἔφυγεν, vt οἴχεσθαι pleonastice sit additum. Sic ὤχετο ἀπιὼν, i. e. *abiit*: sic ὤχετο ἀποπταμενος Hom. Il. β, 71 i. e. *auolauit*, proprie *abiit auolando*. Notio *celeritatis* vel τῷ *statim* quomodo in ὤχετο esse queat, non video. Melius *Vigerus* de Idiotism. Gr. linguae Cap. VI, sect. 2. ait: οἴχεσθαι cum Participio ἀπιὼν et aliis Participiis *eleganter* redundare. Nollem addidisset *eleganter*. Quae enim *elegantia* in *redundantia*? Aeque mirum hoc est, atque id, quod nonnulli de *Adiectiuis* in Poetis latinis dicunt, ea esse vel augentia (i. e. notionem aptam habentia) vel ornantia. Per *ornantia* intelligunt superuacanea, inutilia nullamque aptam vim habentia, v. c. *humidus imber*, *humida maria* cet. — Sic et *Participium* ἰὼν volunt indicare *celeritatem*, et explicari debere *statim*, v. c. ἀριστᾶτε ἰόντες, Xenoph. Cyrop. V, 4, 22. quod B. *Zeunius* vertit *statim prandete*. Praeter necessitatem. Seruit potius ἰόντες adhortationi, estque vertendum: *ite et prandete*, *geht und esset*. Sic et Infin. ἰέναι seq. Participio celeritatem indicare, et per *statim* explicari debere putat *Ernesti* ad Xenoph. Memor. III, 9, 9. vbi ἐξεῖναι γὰρ αὐτοῖς ἰέναι πράξοντας τὰ βελτίω τούτων verti iubet: *Nihil enim impedire, quo minus statim abeant et meliora faciant.*

Digitized by Google

faciant. Ergo ἰέναι *statim abire?* Cur non adcuratius: *posse enim illos abire et meliora facere*, seu *posse enim illos adgredi ad meliora agenda*, seu *nihil impedire eos, quo minus adgrediantur ad meliores res agendas.*

3) καὶ ταῦτα i. e. *et quidem*, seu *et id, et ea, und zwar*, seu *und das* (pro *und zwar*) Xenoph. Cyrop. II, 2, 16. II, 3, 9: male *Zeunius* in Indice vertit *inprimis.* Pro *et quidem* Latinos saepe dicere *et id, et eum, eam, ea* etc. notum est tironibus. Sed nemo explicauit adhuc, quod sciam, *inprimis.* Seruit haec formula non nisi explicationi magis definitae rerum. Quis haec verba: *pater meus aegrotat, idque Berolini* vertat vernacule: *ist krank, zumal* (*besonders*) *in Berlin?*

4) Idem *Zeunius* in Indice Cyrop. in voce Ἐν ponit ἔν τινι λέγειν, et explicat *apud aliquem dicere.* Parum adcurate. Debebat dicere ἔν τισι vel ἐν τοῖς ἀνθρώποις λέγειν, vel λέγειν ἐν seq. Dat. Plur. cet. Ac si loca, quae ibi laudat, euoluis, reperis ibi ἐν seq. Plurali, v. c. ἐν αὐτοῖς, ἐν ἄλλοις cet. Et aliter vix dici potest.

5) *Zeunius* ibidem ἔτι, saepissime iunctum Comparatiuo, explicari iubet *multo*, v. c. ἔτι ἐλάττων *multo minor* (V, 4, 10). Male. Ἔτι est nostrum *noch*, quod Comparatiuo iungitur pleonastice, v. c. *dieser Wein ist zwar gut; aber jener ist doch, dächt' ich, noch besser* seu *noch etwas besser.* Quis hic τὸ *noch besser* explicare sustineat *viel besser* (*multo melius*)? Nihil enim aliud

Digitized by Google

eſt, quam *er iſt doch beſſer; eſt tamen melius*; quanto autem melius ſit iſtud vinum, vtrum multo an paullo melius, hoc nondum ex illis verbis liquet. Ergo ἔτι redundat, et Latini noſtrum *noch* (Gr. ἔτι) ap. *Comparat.* vertere non ſolent; dicunt: *vinum hoc bonum quidem eſt, illud tamen melius.* Et quis in verbis *noch etwas beſſer* τὸ *noch* explicet *viel?* Quid foret *viel etwas beſſer?* Sic ἔτι μᾶλλον Xenoph. Cyrop. III, 2, 18. IV, 2, 42 eſt *magis* (*noch mehr*), non *multo magis:* nam ſi ἔτι μᾶλλον foret *multo magis*, quomodo verteres πολὺ μᾶλλον ἔτι Ib. IV, 5, 12? Hoc demum eſt *multo magis.* Sic πολλῷ ἔτι χαλεπώτερον Ib. I, 6, 17 i. e. multo difficilius. Adparet manifeſto, ἔτι in his redundare. Sed nonnulli eruditi, forſan vt omnia explicare poſſe videantur aliaue de cauſa, contendunt ſerio, ne vnum quidem vocabulum, ac ne vnam quidem particulam redundare, hincque vi exprimunt explicationes ſingulares pro libidine. Vid. ſequentia.

6) τὶς, τὶ poſt πολὺς, ὀλίγος aliaque Adiectiua quantitatem vel qualitatem indicantia ſaepe occurrit. Quaeritur, quam vim habeat. Vigerus de Idiot. Gr. linguae III, 11, 11 putat *eleganter* παρέλκειν (mire dictum, aliquid redundare quidem, attamen elegantiam quamdam ineſſe: quaenam ineſt?), et Hoogeueenius (quem alibi notum eſt, nullam particulam plane otioſam credere velle) adſentiri videtur. *Zeunio* videtur *augere*, et eſſe *valde*, v. c. πολύν τινα χρό-

Digitized by Google

χρόνον Xenoph. Cyrop. I, 4, 27: ὀλίγοι τινες, Ib. V, 4, 25 et Xenoph. Exped. IV, 1, 7, quod *Zeunius* explicat *perpauci:* μικρᾶ τινος ἄξια, Xenoph. Memor. II, 1, 19, quod *Zeunius* (ad Cyrop. I, 4, 27) vertit *perparui pretii*: πόσαι τινές εἰσι (scil. πρόσοδοι); Ib. III, 6, 5, quod *Zeunius* ibidem vertit, *quanti omnino sunt reditus?* μικρόν τι μέρος, Xenoph. Cyrop. I, 6, 14. *Erneſti* ad Xenoph. Memor. I, 2, 39 etiam credit, vim ineſſe intendendi, ſic et *Bachius* ad Xenophontis libellos a ſe editos. Ego nullo modo mihi perſuadere poſſum, hoc pronomen hanc vim habere, vel habere poſſe. Si quam vim habet, ſignificat *aliquis, aliqua* cet. vel *vllus, a, um*, vel *quidam, quaedam* cet., quod poſtremum Romani ſaepe Adiectiuis addere ſolent ita, vt aeque bene abeſſe poſſit (vid. exempla in Lexico meo); et ſic explicare licet in laudato loco Xenoph. Memor. I, 2, 39 διαλέγεσθαι ἄλλοις τισὶ i. e. *cum aliis vllis*, vt Erneſti vertit, vel ſimpl. *cum aliis*. Nam ſaepiſſime vel potius plerumque ita poſt eiusmodi Adiectiua redundat, vt nullo vocabulo exprimi poſſit, imo vt ne notio quidem excogitari queat, quae illi Pronomini apte reſpondeat; v. c. πᾶς τις, Xenoph. Cyrop. VII, 2, 21. Ariſtoph. Av. 1180. Quid hic ſignificat τὶς? Sic ἕνα τινὰ pro ἕνα, Ariſtoph. Av. 900: ſic ποδαπός τις εἶ; Ib. 908: ſic ποίαν τινὰ φύσιν ἔχων καὶ ποίᾳ τινὶ παιδείᾳ παιδευθεὶς cet. Xenoph. Cyrop. I, 1, 6: ſic ὁποίᾳ τιμῇ δίκῃ, Xenoph. Hiſt. Gr. VII, 3, 6: πόσαι τινές εἰσιν αἱ

Digitized by Google

πρόσοδοι; Xenoph. Memor. III, 6, 5, qui locus iam ante laudatus est. Sic post τοιόσδε, v. c. ἡ γραφὴ τοιάδε τις ἦν, Xenoph. Memor. I, 1, 1, vbi notes *Erneſtium* vertere illud τὶς per *fere*, et, ne δε otioſum ſit, hoc etiam exprimere per ſyllabam *ce*, quae Pronomini *hic: haec* cet. adiungi ſaepe ſolet. Totum enim locum vertit: *huiuscemodi fere erat:* ὧν ἐστιν ἀρχὴ τοιάδε τις, Ib. II, 6, 11. Et ſic in longe pluribus. Scio equidem, eruditorum non paucos hodie nolle vocabuli vllius redundantiam concedere; contendunt, talia vocabula ſemper aliquam vim habere, licet in aliam linguam transferri nequeant. Ipſe velim, hoc defendi poſſe. Valde enim eruditorum dignitas augeretur, ſi pateret, nihil omnino eſſe, quod ab iis explicari non poſſet. Sed qua, quaeſo, ratione defendunt? Vtrum coniecturis et opinionibus, an argumentorum grauitate et locorum ſimilium omnium conuenientia? Si vocabulum non debet eſſe ſuperuacaneum, debet certus definitusque ſenſus ineſſe, qui verbis declarandus eſt, (et quidquid intelligimus, verbis declarari poteſt); hoc igitur vocabulum debet poſſe verti, ſaltem explicari rite h. e. e vi vocabuli primaria et propria, contextu ſimul apte vbique conſentiente. Quis autem credat, τὶς, τὶ, τινὲς natura ſua poſſe vim intentendi habere? Quis credat, *magnum aliquem hominem* (μέγαν τινα ἄνθρωπον) eſſe *maiorem alio magno homine?* Quis credat, *multos aliquos* eſſe *plures aliis multis?* Nemo vero huc trahat formu-

Digitized by Google

formulam *eſt aliquid*, quando in laudem dicitur, vt in illo: *Eſt aliquid nupſiſſe Ioui* cet. i. e. *eſt res non contemnenda, eſt res magna* cet. ſimilesque formulas ironicas. — Deinde *Erneſti* ipſe ſenſit, τὶς, τὶ non habere vbique poſſe vim intendendi, quia ad Xen. Memor. I, 1, 1, quem locum ſupra memoraui, illud vertit per *fere*. Sed inter *fere* et inter *vim intendendi* quantum discrimen intercedit? Recte igitur puto, id pronomen in tali conſtructione redundare. Et cur hoc non fateamur, cum non modo plures pleonaſmi in lingua graeca occurrant, ſed idem quoque in aliis linguis fiat, deinde id totum naturae rei ſit conueniens.

1) *Primum* plures *pleonaſmi* in lingua graeca reperiuntur, v. c.

a) ὁ μὲν — ὁ δὲ, *alter* (*alius*) — *alter* (*alius*) vel tironibus notum eſt. Sed adiicitur etiam ſaepe τὶς per redundantiam, v. c. ὁ μέν τις αὐτῶν εἶπε — ὁ δέ τις cet. Xenoph. Sympoſ. II, 6, vbi τις bis abeſſe poterat: ſic οἱ μὲν — οἱ δὲ — ὁ δέ τις — ὁ δέ τις i. e. *alii* — *alii* — *alius* — *alius*, Xenoph. Cyrop. VI, 1, 1: οἱ μέν τινες — ἀπέθνησκον, οἱ δ' ἔφευγον, οἱ δέ τινες καὶ ἑάλωσαν αὐτῶν, Ib. III, 2, 10, et paullo poſt §. 12. τὰς αἰχμαλώτους δεδεμένους, τὰς δέ τινας καὶ τετρωμένους, vbi non praecedit τὰς μέν. Porro ὁ μὲν γὰρ αὐτῶν σκυτοτομεῖ — ἕτερος δὲ χαλκεύει τις· ὁ δὲ τεκταίνεται· ὁ δὲ χρυσοχοεῖ — ὁ δὲ λωποδυτεῖ — ὁ δὲ τοιχωρυ-

Digitized by Google

χεῖ· ὁ δὲ κναφεύει τις· ὁ δὲ cet. Aristoph. Plut. 162 seqq., vbi τις apud ἕτερος et post κναφεύει abesse manifesto poterat. Et sic saepius.

b) τὲ saepissime redundat, v. c. κύματα θαλάσσης, τὰ μέν τ' Εὖρός τε Νότος τε ὤρορε, Hom. Il. β', 145 i. e. *fluctus maris, quos Eurusque Notusque commouit*, vbi primum τὲ post μὲν manifesto redundat; sic ὅτε τε ξανθὴ Δημήτηρ κρίνει cet., Ib. ε', 500, vbi τὲ post ὅτε nihil valet; sic ὅτε τε pro ὅτε Ib. β', 471: sic ὥσε pro ὡς *vt, quemadmodum*, Ib. 474 ac saepius: et ὥσε i. e. *vt (dass)*, vel *ita vt*, quid aliud est, quam ὡς, adiecto τέ? Sic ὅσε pro ὅς Ib. δ', 84, τ', 224. Et cui ignota est formula vbivis obuia οἷός τ' εἰμὶ i. e. *possum*, et οἷόν τέ ἐστι seu οἷόν τ' ἐστὶ i. e. *fieri potest?*

c) καὶ saepe est otiosum v. c. 1) inter duo Adiectiua, quorum prius solet esse πολὺς, v. c. ἐν ᾧ πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα ἀναθήματα ἐθεωρῶμεν, Cebet. init.; πολλοὶ καὶ ἀγαθοὶ φίλοι, Xenoph. Cyrop. V, 2, 11. πολλὰ καὶ ἀγαθὰ, Ib. IV, 5, 15; πολλαὶ καὶ καλαὶ πρόξεις, Ib. VIII, 7, 3: πολλὰ καὶ τοιαῦτα ἑάλω· ὥσε μὴ cet. Ib. IV, 5, 7: πολλὰ καὶ πονηρὰ, Xenoph. Mem. II, 9, 6: πολλὰ δὴ καὶ δεῖν' ἰδὼν, Aristoph. Av. 860. 2) post alia, v. c. post ὅς, ὅσπερ, οἷός περ et particulas comparationi seruientes, v. c. τοῖς αὐτοῖς, οἷς καὶ πρόσθεν, μάχεσθαι, Xenoph. Cyrop. VI, 4, 17: ὃς καὶ σύνθηρός ποτε ἐγένετο,

Digitized by Google

νετο, Ib. III, 1, 7: ᾧ καὶ τὴν σολὴν ἐκδὺς ἔδωκε, Ib. V, 1, 1: ὃ αὐτὸς ἄρξει ὑμῶν, ὅσπερ καὶ πρότερον, Ib. IV, 4, 10: μεθ' ὧνπερ καὶ οἰκῶσι, Ib. IV, 2, 2: καὶ ταῦτα ὅμοιος εἶ, οἷός περ καὶ τἄλλα, Ib. VI, 1, 37, vbi καὶ ante τἄλλα abeſſe manifeſto poterat: ὑμεῖς δὲ ὅπως (i. e. ſicut) καὶ γιγνώσκητε, ἵνα καὶ ποιεῖτε, Ib. V, 1, 22 i. e. *vt* (*quemadmodum*, *ſicut*) — *ita* cet.: ſic ὥσπερ καὶ, Ib. I, 6, 3: ſic καὶ δὲ occurrit, vbi vel καὶ vel δὲ redundat, v. c. καὶ σὺ δὲ ἀπάγε τήν τε γυναῖκα cet. Ib. III, 1, 37: ſic ὑμεῖς δὲ, Ib. §. 2; cf. Ib. I, 6, 3. IV, 5, 12: Ἡμεῖς μεν — ὑμῖν πιστεύομεν· καὶ ὑμᾶς δὲ χρὴ.— ἴτω ἔχειν, Ib. IV, 2, 20. vbi καὶ redundare manifeſtum eſt.

d) δὲ, vt alibi, ita in membro conſequente ſaepe ap. Homer. redundat, v. c. Il. ε, 261, vbi ἄϊχεν praeceſſit, et 439, vbi ὅτε praecedit cet.

e) γὲ quater eſt Hom. Il. ε, 287 ſeq. Verba ſunt: ἀτὰρ ἐ μὲν σφῶϊ γ' ὀΐω πρὶν γ' ἀποπαύσεσθαι, πρὶν γ' ἢ ἕτερόν γε πεσόντα ἅιματος ἆσαι Ἄρηα cet. An hic γὲ ne ſemel quidem redundet? Poſt πρὶν certe, niſi vtrumque, at alterutrum ſi abeſſet, nemo forſan requireret; cf. Ariſtoph. Plut. 371 — 373, in quibus verſibus Chremylus quater illam Particulam vſurpat. Cel. *Hoogeueenius*, cuius ingenium et eruditionem merito magni facio, in *Doctrina Particularum graecarum* adfert iſta

Digitized by Google

duo loca eo consilio, vt γὲ non otiosam particulam esse doceat. Quod vt demonstret, ellipsin auxilio vocat. Quae sententia an aliis me doctioribus placeat, nescio. Mihi quidem, vt ingenue fatear, videntur tales ellipses coactae esse. Si ellipses fingere scriptoribusque tribuere vbique liceret, quid explicari non posset!

f) αὖ πάλιν notissimum vel tironibus esse credo; vbi alterutrum abesse poterat.

g) ὡσαύτως ἅτω vel ὡσαύτως ἅτως reperitur v. c. Xenoph. Cyrop. I, 1, 2. I, 6, 4. Quis hic pleonasmum non agnoscat?

h) καὶ γὰρ i. e. *etenim, enim, nam*, cui haud notum est? Respondet ipsi Latino *etenim* pro *enim*. Quis hic *et*, vt illic καὶ, separatim explicet? Sic ἀλλὰ γὰρ, *sed enimuero*, Xenoph. Mem. II, 1, 17 vbi γὰρ redundat: sic ap. Latinos *sed enim, at enim* cet. pro *sed, at* cet.: sic *enimuero* pro *vero*, notum est.

i) ἄν vel κἂν, κἂν repeti notum est. Quis maiorem vim inesse credat?

k) Post *Comparatiuum* sciunt tirones sequi vel ἤ vel pro hoc *Genitiuum*. Sed et inuenitur vtrumque iunctum, v. c. Ἡσκήκατε τὰ εἰς τὸν πόλεμον πολὺ μᾶλλον ἢ τῶν πολεμίων, Xenoph. Cyrop. VI, 4, 14 vbi vel ἤ abesse vel scribi debebat ἢ οἱ πολέμιοι. Ergo est redundantia, vt ipse *Zeunius* fatetur, qui tria similia loca e Xenoph. laudat. Addo alium pleonasmum pronominis τέτε ap. Comparatiuum,

Digitized by Google

tiuum, ſequente Genitiuo, qui ab illo Comparatiuo regitur, v. c. Τί γὰρ τούτου μακαριώτερον, τοῦ γῆ μιχθῆναι, ἢ πάντα — τρέφει; Ib. VIII, 7, 25 i. e. *quid beatius eſt, quam miſceri cum terra* cet. Ergo τούτου, quod nomen *Adpoſitionis*, vt in Grammaticis loquuntur, ferre poteſt, abeſſe poterat; niſi forte ſuſpicere, in illo τούτου ineſſe grauitatis aliquid. Eodem modo et Latini coniungunt *Ablatiuum hoc* (vel *quo*) cum *Comparatiuo*, licet Particula *quam* ſequatur, v. c. *Quid* hoc *tota Sicilia eſt clarius, quam omnes Segeſtanas matronas — conueniſſe?* Cic. Verr. IV, 35: *quid enim* hoc *miſerius, quam eum — fieri conſulem non poſſe?* Cic. Att. IV, 8 med.: *Quid ergo* hoc *fieri turpius — poteſt, quam eum ita labi* cet. Cic. Or. I, 37: *Quid vero* hoc *turpius, quam quod idem nullam ſenſit gratuitam eſſe virtutem?* Cic. Diuin. I, 39 extr.: *neque quidquam* hoc *eſſe turpius, quam cognitioni — adſenſionem praecurrere;* Cic. Acad. I, 12 poſt med.: ſic et *quo* (*Abl.*), v. c. Quo *quid abſurdius*, quam *— res ſordidas deorum honore adficere* cet. Cic. Nat. D. I, 15. Quis in his pleonaſmum, atque ita negligentiam aliquam non concedat? Quis iſtud τούτου et iſtud *hoc* vel *quo* pro elegantia habere audeat? — Sic ὅτε — ὅτε poſt *Comparatiuum* redundat Xenoph. Cyrop. II, 1, 31. Verba ſunt: ἐδὲν γὰρ ἧττον τιμᾶν ἄξιον ἐδόκει αὐτῷ εἶναι τοὺς ἀμφὶ τὰ ϛρατιωτικὰ ὑπηρέτας ὅτε ἡγούμενον ὅτε πρέ-

Digitized by Google

σβεων. *Zeunius* operose explicat per ellipsin laudatque duo loca, vnum e Thuc., alterum e Dionys., sed non plane similia. Ceterum in Thuc. ἀ redundare Duckerus cum Kuhnio recte statuit; sic in Dionys. ἀχ redundat.

l) ἀ vel ἀκ seq. ἀδεὶς, ἀδὲν cet. saepissime redundare quis nescit? Quis pleonasmum non sentit? Stultus sit, qui elegantiam inesse credat.

m) αὐτὸς post ὃς nonnumquam redundat, v. c. οἷς ἀγαθὰ — πᾶσιν αὐτοῖς δώσομεν, Aristoph. Av. 1103: θεοὶ, οἷς ξυτέον αὐτοῖς, Ib. 1237: οἷς θεοὶ δοῖεν ποτ' αὐτοῖς ἀντίποιν' ἐμοῖ παθεῖν, Sophocl. Philoct. 316: sic οἱ ἐκεῖνοι pro οἱ, v. c. οἳ, ἣν ἐπ' αὐτὰς ἡμεῖς ἐλαύνωμεν, ὑποτεμοῦνται ἡμᾶς πάλιν ἐκεῖνοι, Xenoph. Cyrop. I, 4, 19, vbi *Zeunius* elegantiam, nescio quam, videre sibi videtur. Sic et Latini, v. c. *quorum eorum*, Plaut. Trin. IV, 3, 16. Liv. VIII, 37.

n) ἑκὼν εἶναι et *Plur.* ἑκόντες εἶναι i. e. *sponte*, saepe occurrit, vbi εἶναι redundat, v. c. ὅτε συνθήκας ἂν ψευδοίμην εἶναι, Xenoph. Cyrop. V, 2, 10 *me fidem pactam non fallere*: ὅτε ἂν ψεύδοιντο ἑκόντες εἶναι, Ib. §. 9: ἀδεὶς ἑκὼν εἶναι τυραννίδος ἀφεῖτο, Xenoph. Hier. VII, 11, vbi *Bachius* plura loca laudat. Sed et alibi εἶναι redundat, v. c. τὸ νῦν εἶναι i. e. *nunc*, Xenoph. Cyrop. V, 3, 42. V, 5, 35: εἶδον δὲ — καὶ ἄλλο ἱρὸν Ἡρακλέος ἐπωνυμίην ἔχοντος Θασίῳ εἶναι, Herodot. II, 44, vbi

Digitized by Google

vbi quis εἶναι, si abesset, desideraret? — Et sic plures sunt pleonasmi, v. c. νιφάδες χιόνος, Hom. Il. μ', 278: quis hic pleonasmum non videat? Sic πάντας πολλὰς Hom. Od. χ', 383 videtur pleonastice dictum pro πάντας. Verba sunt: Τὰς δὲ ἴδεν μάλα πάντας ἐν αἵματι καὶ κονίῃσι πεπτεῶτας πολλάς. Similem locum haud noui, nisi forte velis conferre Latinorum *plerique omnes* pro *plerique*. Possit tamen et πολλὰς forsan verti *confertos* vel *simul, vno loco*, nisi velis cum Stephano πολλὰς referre ad sequentia. Porro quid significat φι in ὄρεσφι pro ὄρεσι? quid χι in ᾗχι pro ᾗ i. e. *vbi*, Hom. Il. ά, 607: quid η in ὁτιὴ pro ὅτι? Et quis nescit, quam saepe *Verba compositа* pro *simplicibus* ponantur? Nonne hoc pleonasmi nomen meretur?

Ceterum haec omnia posui, non quod crederem, vlli eruditorum esse ignota, sed hic ponenda erant, ne temere supra locutus viderer esse.

2) *Deinde* omnibus in aliis linguis occurrunt frequentes *pleonasmi*. Hic perbreuis ero, ne putidus videar. a) in *lingua latina*, v. c. *anne* pro *an*; *vtrumne* pro *vtrum*; *pridie eius diei* ap. Cic. et Caes., vbi *eius diei* abesse poterat; sic *postridie eius diei* ap. Caes.; *rursus redire* ap. Terent.; sic *rursus* seu *rursum* iunctum reperitur Verbis *reuerti, reducere, se recipere* (vt in vernacula lingua *wieder zurück* cet.); *disperſi dissipatique*, ap. Caes.; *itaque ergo* ap. Liv. et Terent.; *potius malle*; *sese* pro *se*; *hicce* pro *hic*; sic occurrit *humidus imber*, Enn.;

Digitized by Google

Enn.; *humida maria*, Virg., quod epitheton si omissum fuisset, sane a nemine desideraretur. Et sic innumerabilia: b) in *vernacula;* quis v. c. non audit homines dicentes: *es ist nun also wahr; da es nun also ausgemacht ist* cet. vbi vel *nun* vel *also* omitti poterat; sic dicunt *gleichwohl jedoch* vel *doch gleichwohl*, vbi alterutrum sufficiebat. Et sic plura: c) in *francogallica*, v. c. *il y a* in formula *il y a des gens* i. e. sunt: quid ibi est *y?* genium linguae ita ferre respondebitur. Sic tamen et nostri *es hat* (neglecto τῷ *y*) pro *es gibt;* v. c. *es hat in dem Teiche grosse Karpfen:* in *Hebraica* inprimis regnant pleonasmi, v. c. מַזְרִיעַ זֶרַע Genes. 1, 11 et 12 i. e. (si ad verbum vertere velis) *seminans semen* pro *proferens (emittens) semen*: sic Ib. 2, 1 *quievit ab opere suo, quod fecerat:* quid opus erat *suo?* Sic *dicendo dixit* cet. Et *Vau* saepius redundare vel tironibus notum est.

3) *Denique* aliter fere res se habere nequit. Linguae omnes ortae sunt ab indoctis, non a Philosophis aut Philologis. Prius enim homines locuti sunt, imo scripserunt, quam docti exsisterent, qui de adcuratiori loquendi scribendique ratione cogitarent. Omnis porro homo, qui aliquando fit eruditus, antea i. e. in pueritia et magna parte adolescentiae erat ineruditus, discebatque suam linguam ab ineruditis (v. c. patre vel saltem matre, fratribus, sororibus, cognatis, amicis cet.) ita, vt eam ab his pronuntiari audiebat; atque ita eodem modo loquebatur ac scribebat, quo alios, plerumque indo-

Digitized by Google

indoctos, loqui et scribere videbat. Et quomodo aliter loqui quis vult, si ab aliis intelligi, si iis placere, nec ab iisdem derideri cupit? Sed cui rei aliquis diu adsuetus est, eam non facile dediscit, imo ne cogitat quidem tentatue dediscere. Imo studet adeo quisque id acriter defendere, quod paullo diutius memoria tenet. Ac ne quid dissimulem, inter eruditos ipsos pauciſſimi semper sunt, qui de linguae suae ratione, de regulis, ad quas locutiones singulas examinent, de pleonasmis, de ellipsibus cet. cogitare et meditari vel velint vel possint. Res est manifesta experientiaque satis probata. Poetae v. c. et Oratores vsum, constructiones et significationes vocabulorum plerumque seruant, prout alios loqui et scribere vident, et seruare coguntur, vt ab aliis intelligantur eorumque gratiam ineant. Errant igitur, qui ad probandum vocabuli vsum, ad demonstrandam vocabuli veram vim ac constructionem, ad exempla clarorum vel poetarum vel oratorum, aliorumque similium vbique prouocandum putant. Debebant prius cogitare, an isti oratores, poetae aliiue linguam suam adcurate et e regulis didicerint atque omnia, quae ab aliis audiuerant vel legerant, emendare vel voluerint vel potuerint. Plerumque enim hi ita scribunt et loquuntur, vt alios loqui et scribere viderunt. —

Ceterum vt e supra dictis patet, non inutilem esse eorum operam, qui vel ipsi Graecos scriptores suis animaduersionibus aptis illustrant vel

Digitized by Google

vel magnorum virorum in illos animaduerſiones, vt vel ſtudioſis literarum Graecarum notiores fiant vel ab iis viliori pretio emi poſſint, denuo edunt, praeſertim auctas propriis obſervationibus, ita laudandum eſt Doctiſſ. Editoris conſilium praeclaras Celeb. *Perizonii* in Aelianum animaduerſiones, nonnullis tamen, quibus plerique facile carere poſſunt, reciſis, repetendi ſuisque augendi. Adparebit lectoribus, Eum non modo non vulgari linguae Graecae cognitione inſtructum eſſe, ſed etiam ſua ſponte cogitare poſſe. Animaduerſionum Doctiſſ. Editoris, quas huic placuit mihi oſtendere, partem inſpexi, nec poſſum negare, eas, quas vidi, mihi placuiſſe.

Nihil magis opto, quam vt et cognitio graecae linguae in ſcholis in dies creſcat hacque etiam editione non parum augeatur, et Doctiſſ. Editori prouincia mox contingat, hanc linguam, quam tantopere amat et cuius tantopere ſtudioſus eſt, publice docendi: qua re fore mihi perſuadeo, vt Is, ſi ſciat, id ſuum certum perpetuumque munus eſſe, ſingulari et non interrupta opera illi linguae vacet ſicque de ea in dies magis mereatur. Vale, Lector beneuole. Scripſi Brigae, menſe Aprili A. C. cIↃIↃCCLXXXXIII.

IMM. IO. GERH. SCHELLER,
RECTOR REG. GYMN. ILL.

PRAE-

Digitized by Google

PRAEFATIO EDITORIS.

Ad hanc *Variae Aeliani hiſtoriae* editionem publici iuris faciendam haecce tria me commouiſſe profiteor: Varia ipſa hiſtoria; commentarius in eam Perizonii; inopia editionis eiusmodi, quam ad vſum priuatum, quem dicunt, commodam eſſe arbitrer.

I. *Varia hiſtoria ipſa;* de cuius auctoris moribus, ſicut de ratione Variae ipſa, quatenus ſpectat auctorem, in vita Aelianea plura dicentur. Vſum enim, cui deſtinatus eſt liber, ſi reſpexeris, eum, quamuis in aliam ieris partem, fini ſuo non male reſpondere crediderim. — Liber, adoleſcentiae dicatus, ſit *vtilis*, ſit *iucundus!* Neutrum alterutro carere poteſt. Quamvis vtilis liber, niſi iucundus eſt, intactus ſane manebit. Vtilis quidem ſit oportet; attamen fere putem, finem ſi reſpexeris, iucundum prius eſſe ſequendum, quam vtile; non quod ſatis eſſe iudicem, inutiles, modo ſint iucundi, libros tradere adoleſcentibus, ſed tum, quoniam difficilius eſt, prius, quam poſterius, adſequi; quod ſane probabitur hominibus in inſtitutione verſatis: tum, quia illud dictum: Non eſt liber tam vilis, vnde ſaltem aliquid non poſſit diſci, a nul-

Digitized by Google

a nullo adhuc est negatum. Etsi vero quisquam tam incuriose stolideque non aget, quin vtilitatem libri, quantum possit fieri, augeat, vel vtiliorem minus vtili praeferat libro; id tamen, quis est, qui neget, iucundo ante esse adolescentes ad illud vtile inuitandos? Haec sententia quam sit vera, hodie magis magisque cognouerunt homines, ideoque ad eam in institutione, tam quae fit coram, quam per libros, idque in omni scientia, seruandam impulerunt; atque, etiamsi putida in eo actum sit diligentia, finisque, qui est, attentionem et cogitationem alliciendi, neglectus; nihilo tamen minus illa manet sententia vera.

Porro ab hominibus est cognitum, nulla re magis allici adolescentes, quam et *historiis* et *varietate;* quare ethicam historiis sententiosis involutam tradiderunt; linguarum facilius lubentiusque discendarum causa varietatem rebus, quae libris docentur, inferre studuerunt, vt, saepius requiescendo, defatigatio caueatur, varietateque ac nouarum rerum perpetua mutatione inuiteris. Qua igitur ratione illud vere vtile grati etiam ac iucundi veste exornatum prodiit. Linguam, dum sola voluptate adfici videbaris, ipsam didicisti. Vnde etiam illi Strothii et Cel. Gedikii libelli adeo probati sunt omnibus. Ac nonne in omni vita hoc seruare solemus? Neque enim minus adulti suis actionibus voluptatem adiungendam putant. Ambulatio ad

sani-

Digitized by Google

ſanitatem promouendam commoda, balnea aliaque iucundo iis iuncto placent. Quid eſt, quod via, ad vtile ducens adoleſcentiam, minus ſit floribus conſpergenda?

Quaeritur ergo: Varia Aeliani hiſtoria an eſt huiusmodi, vtile vt dulci in ea immixtum adoleſcentibus commendandum arbitreris? Sit puto; pono ſcilicet, linguam graecam diſcendam finem eſſe primarium; tunc quaecumque ad id requiſiueris, in libro reperiuntur. Eſt, quod iam indicat libri deſcriptio, in hoc magna vis narrationum variarum, quae tum breuiores, tum longiores, quietem facillime permittunt; praeterea ſcribendi rationem omnino et facilem et puram amat auctor; ad vincendas autem difficultates hic illic occurrentes manum adnotationes offerunt, ita vt putes, adoleſcentem, niſi ſchola graeci horrorem iam incuſſerit, huic libro, comitantibus ad eum cognitionibus nonnullis elementaribus, opeque commentarii, animum, tamquam domeſticis deliciis, lubentiſſime praebiturum. Quam vero ſit neceſſe, ſtudium domeſticum omnem in modum augeatur, quis neſcit, qui mecum in illud murus altius inquiſiuerit? Vt adhuc taceam, argumentum ipſum cognitiones et hiſtoricas, et geographicas, et, quas dicunt, antiquarias offerre, vbi ipſam obiectionem, ieiunas occurrere narrationes, ea confirmare putem, quae de materiae varietate dixerim; ac ſi illud neges, tamen co-

Digitized by Google

piam notarum consulendarum, atque adeo scientiarum augendarum lectori fieri, probare coner. Semper autem illum finem primarium supra memoratum adsequi poteris.

II. Quae super *commentario Perizoniano* dicam, satis, reor, Cl. Kühnii verbis exprimi poterunt, ita vt ex his magnitudo vtilitatis non erudito ipsi solum, sed etiam, mutatis nonnullis, adolescenti literarum studioso inde exorientis distincte eluceat: „Commentarium," ait ille, „quo Perizonius Variam Aeliani historiam illustrauit, semper a viris doctissimis magni aestimatum esse, clamant laudationes, quibus „eum in scriptis celebrant suis. Nec immerito. „Continet enim multa, quae ad historiam, geographiam, chronologiam antiquam illustrandam spectant; multa, quibus poetarum, philosophorum aliorumque, quos antiqua aetas claros protulit, hominum vitis, opinionibus scriptisque lux aliqua accenditur; plurima denique, quae ad adcuratam linguae graecae cognitionem ducunt."

III. Sed eo magis necesse est, pauca me dicere super iis, quae in hac editione praestiterim, quatenusque inopia talis Variae historiae editionis (sicut fere cuiusque alius auctoris, nisi a Terentio a doctiss. Schmiedero similem ad finem ex parte iam edito discesseris), qualem vsui adolescentium domestico conducere arbitrer, ad eam

Digitized by Google

eam me impulerit. Priſcum auctorem ſimul atque domeſticae adoleſcentium lectioni (ac nonniſi de hac ſermo hic eſt) dicaueris, explicationem et vocum et rerum paullo copioſiorem, quam ſi vſui tantum ſcholaſtico, vbi ipſum doctorem habes tamquam commentarium illius, ſit adcommodatus, deſiderare, rationi conſentaneum mihi eſſe videtur. Neque minus probatum puto, commentarium Perizonianum, ſecundum ea, quae ſupra dicta legeris, cognitionem adoleſcentium ad literas incumbentium magnum in modum poſſe augere, ſi quidem a prima eius forma abceſſeris, qua tamen veſtitus non illis adoleſcentibus, qui in eum tamquam in mare demergerentur, ſed eruditis erat deſtinatus. Illa ergo veſte in hunc finem commoda eum exornare ſtudui, i. e. illud ad rem ipſam vere neceſſarium ab omni alieno minus neceſſario, attentionem fatigante atque ita lectorem conturbante ſeparaui; plura e contrario adieci, quae ad adcuratius intelligendum auctorem plane neceſſaria, et ad cognitionem hiſtoricam, antiquariam, geographicam, literariam philologicamque augendam vtiliſſima reperiuntur. Criticas in primis animaduerſiones, quae ſaepe iuſto copioſiores videbantur, breuiores quidem reddendas, non tamen plane abscidendas duxi. Quamdiu enim mathematicis cognitionibus literarum ſtudioſus carere non poſſe iudicatur, licet forſan numquam iis tamquam certo munere ſit vſurus; tamdiu haud ſcio, an ars critica, res

Digitized by Google

ad vires animi firmandas aeque neceſſaria ei ſit habenda, etſi vere critici ac philologi nomen minime adpetituro. Quare huiusmodi adnotationes hic illic auxi ſimilibus, omnia autem, quam potui, diſtinctiſſime exhibere, diligentiſſimeque praecidere ſtudui, ita vt (ne plura dicam) hunc commentarium pro horreo habeas, vnde literarum ſtudioſo in pluribus ſcientiarum generibus perfectiorem ſe reddendi ſit occaſio.

Adnotationes meas a Perizonianis me non ſeparaſſe, crimini, puto, non dabitur. Saepe mentionem feci Perizonii, eiusque verba adtuli, ſaepe haec cum meis in vnum coniunxi. Si quidem cogitaueris, cognoſſe (id quod apud eruditos magni habetur momenti), vnde haec illaue adnotatio vel emendatio ſit exorta, rei noſtrae parum conducere; porro fieri non poſſe, quin (vt editiones cum notis variorum, e. g. Liuius Drackenborchii, docent,) vbertas ſane nimia exinde oriatur, quam effugere, illa diligenti auctorum animaduerſionum commemoratione longe hic maius ſit oporteat; ſicuti ad adcuratius diiudicanda mea, haec a Perizonianis facillime disiungere licebit: — quae ſi cogitaveris, iuſtiſſime a me actum eſſe ſane tibi perſuadebitur.

Anne vero etiam doctoribus, qui Aelianum cum ſuis diſcipulis legunt, haec editio eſſe poſſit vtilis? Poteſt, arbitror, huic illiue! Quod, cui

Digitized by Google

cui varios eorum indigentiae gradus pluribus in locis cognoscendi fuit copia, mecum non expostulabit. Deinde et peritiori nutus obferuntur, quo facilius alibi possit altius consulere; nihilo tamen minus multa, quibus adolescens potest carere, vix reperies illata. Quamquam literarias, quas dicunt, animaduersiones futuro philologo, etiamsi libros ipsos videndi non semper ei sit facultas, gratas esse, quis neget? (vel an deficiunt in libris Cell Heynii, Gedikii, al. in vsum iuuentutis editis?) Doctioribus autem in iis scholis, vbi legitur Aelianus, creberrime contingit, vt ipsis vtantur operibus. Ita fieri possit, vt vterque finis (quod tamen alias nonnisi rarissime admittendum putem) et discipuli et doctoris vtilitas adiuuetur, alterutra minime neglecta: quamquam altera alteri subiiciatur; vbi fiat controuersia, postponatur.

Talem igitur Variae historiae editionem, quae illum ad finem sit instituta, vel eum impleat, adhuc non noui; etsi vtilissimam eam foro arbitror. Qui si huic fini propius accesserim, eo, quasi pulcerrimo, ardoris mei, vtilitatis adolescentibus adferendae eorumque in discenda graeca lingua adiuuandorum, maxime praemio laeter. Hanc ergo editionem a perfectione adhuc procul abesse, non diffiteor, atque ideo molles humanaeque doctorum virorum admonitiones emendationesque non gratum modo animum meum large adquirent meque sibi de-

Digitized by Google

vinctiſſimum habebunt, ſed etiam ſtudium meum v ilitatem latiſſime ſpargendi, illaque deſideranda magis magisque replendi magnum in modum augebunt. Nec non gaudeo profiteri, Virum Cel. Schellerum, doctorem meum omnium fideliſſimum, tum in cetera eruditionis via, tum in hoc opere elaborando optime de me meritum, gratiis ſincerrimis, omni, quod mihi erit reliquum, vitae momento maxime mihi eſſe cumulandum exornandumque.

Denique memorandum duxi, praeter aliqua hic illic occurrentia (ſic ſolet) errata, additamenta etiam, toto prelis iam tradito, atque emendato, tamquam fructus lectionis, extremo operi me adieciſſe. Brigae, Calendis Febr. MDCCXCIII.

I. B. LEHNERT.

Digitized by Google

AELIANI
VITA, MORES AC SCRIPTA.

Claudius Aelianus Praeneſte, teſte Suida, natus eſt, ſed Romae vixit; quare et ipſe ſe (vt Liuium Patauii natum, in fragm. Ael. v. Κορνητος), et Philoſtratus (in vitis Sophiſtarum lib. II. verſ. extr.) Romanum eum vocauit.

Vixiſſe autem, non ſub Adriano, vt voluerunt antea plurimi, ſed Alexandri Seueri tempore Aelianum, probauit Perizonius; quum eſſet diſcipulus Pauſaniae, cuius deſcriptionem Graeciae legimus, et qui, ipſe iam ſenex ſub Commodo et Seuero, doctorem Herodem Atticum ſub Adriano, Antonino Pio et Marco florentem (vid. ad Noſtr. XIIII, 18.) habuit. Eiusdem Pauſaniae auditor fuit etiam Aſpaſius quidam, in cuius vita Philoſtratus Alexandrum Seuerum imperatorem nominat, cuius ille Aſpaſius comes fuit. Adde, Athenaeum, quem exſcripſit Aelianus, opus ſuum exaraſſe poſt mortem Oppiani, quem ολιγῳ προ ἡμων γενομενον ait Athenaeus, et qui ἁλιευτικα diferte Antonino inſcripſit Caracallae, annisque vltimis huius imperatoris mortuus eſt. Scripſit ergo Athenaeus ſub Elagabalo, vel primis annis Alexandri Seueri et paullo poſt Aelianus noſter, quem tamen, vt ad inferiora tempora demittamus, non patitur Philoſtrati aetas, quippe qui, deſinens in Sophiſtis Alexandr. temporis, paullo poſt ipſe ſcripſerit ac varia commemorauerit, quae ex his ſuperioribus Sophiſtis *ipſe audiuerit*, et tamen Aeliano adhuc fuerit ſuperſtes, cuius mortem adtulit. Vt alia

Digitized by Google

alia a Perizonio adducta praeteream. Vnde liquet, Noſtrum illo, qui, patria Graecus, nomine ipſe Aelianus, tactica ſcripſit, eaque Adriano imperatori dicavit, integro minimum ſeculo fuiſſe poſteriorem, atque ita ab illo diuerſum.

Aelianum autem ex Athenaeo plurima hauſiſſe, quis neget, quum ille, quae Athenaeus vberius ac citatis vno pluribusue auctoribus, vnde ſumſerit, expoſuit, breuius plerumque iisdemque ſaepe Athenaei verbis enarrauerit. Sic I, 15. 26. 27. II, 18. 37. 38. 40. 41. IV. 22. 23. VIII, 7. IX, 3. 8. 9. X, 6. XIII, 6. XIV, 7. vnde etiam incurioſe inſpectum Athenaeum male exſcripſit.

Idem vero Noſter cum auctore libri de animalium natura eſt. *Ipſa*, ait Perizonius, *animi indoles, ſcribendi ratio, et vtriusque hiſtoriae in easdem res, et ſaepe verba conſenſus, eumdem arguunt auctorem. Indoles eius et animi et ſcripturae varietatem ſectabatur, atque ideo etiam in hiſtoria animalium non certum et perpetuum ſeruat ordinem, ſed prout occaſio, memoria, libido ferebat, ab vno transit ad aliud, deque vno eodemque ſaepius et diuerſiſſimis agit in locis, ſaepe etiam alias res iis, de quibus agebat, adſpergit. Ipſe hoc fatetur in epilogo iſtius operis, ſeque, ait, de ſingulis animalibus non dixiſſe omnia ſimul vno in loco, ſed ποικιλα ποικιλως, varia varie miſcuiſſe, additque ſe quaeſiuiſſe το εφολκον της αναγνωσεως τω ποικιλω, illecebras lectionis ex varietate, vitaſſe taedium, quod ex ſimilibus identidem rebus oboriri ſolet: atque ita hoc ſcriptum contexuiſſe ex variis animalibus, quaſi pratum aliquod, aut coronam varii coloris. Vides, quam pulcre iſte animus, iſta ſcribendi ratio, etiam in opere vnius argumenti declarata, conueniat in noſtrum auctorem, et hoc inſtitutum vari-*

Digitized by Google

variam componendi historiam. Porro idem viri studium ex eo etiam agnosci potest, quod, vti historiam animalium ex professo indagauit et explicuit, ita in hac varia temperare sibi non potuit, quin passim de iis ageret, et maxime in ipso operis initio, continuis quindecim primis capitibus primi libri. Adde his eumdem quoque agendi et scribendi modum, seu similes plane parentheses, refugiendi adcuratiorem hominis, de quo agit, designationem. Ita Noster V, 11. Θρακων βασιλευς (το δε ονομα λεγετω αλλος) *conf. anim. nat.* ακκω των Σκυθων βασιλεα (το δ' ονομα ειδως εω) *cet. et Nost. XIV, 43. conf. animal. nat. VIII, 4. Sed et easdem saepe res, iisdem aliquando verbis vtrobique reperias, quae et ipsa vtique eumdem produnt auctorem. Cf. Var. I, 2. an. nat. VI, 57. it. Var. I, 4. an. nat. VI, 53. Var. I, 9. anim. XV, 17. Var. XI, 3. an. nat. VI, 1. Var. III, 30. anim. nat. VI, 1* cet.

Scripsit autem et alia Aelianus noster, vt περι προνοιας, *de prouidentia*, et περι θειων εναργειων, *de diuinis adparitionibus*, quos tamen libros vnum fuisse putat Periz., sed sub diuerso titulo.

Seuerum fuisse virum Aelianum nostrum ac virtutem magni aestimantem et scripta sane probant, et Philostratus docuit. Sed et linguae graecae cognitione ac stylo vere attico insignis est scriptor, etsi Romanus. Venustatem eloquentiae inter alia proferunt capita prima libri III, XII, XIII, vnde eum μελιγλωσσον, η μελιφθογγον επικληθηναι Suidas docet. Hanc tamen elegantiam venustatemque minus in hoc opere, quam in altero, *de animalium natura* adparere, contra magis simplicitate (αφελειαν vocat Philostratus) in nostra *Varia* delectatum Aelianum, negare nemo potest. Sed et Philostratus (vit. Sophist. lib. II.), ηττανιζε, ait, Αιλιανος, ωσπερ οι εν τη μεσογειᾳ Αθηναιοι.

Digitized by Google

ναιοι. Επαινȣ μοι δοκει αξιος ὁ ανηρ ȣτος· πρωτον μεν επειδη καθαραν φωνην εξεπονησε, πολιν οικων ἑτερᾳ φωνῃ χρωμενην· επειθ' ὁτι προσρηθεις σοφιςης ὑπο των χαριζομενων τα τοιαυτα, ȣκ επιςευσεν, ȣδε εκολασε (leg. vid. εκολακευσε) την ἑαυτȣ γνωμην, ȣδε επηρθη ὑπο τȣ ονοματος ȣτω μεγαλȣ οντος, αλλ' ἑαυτον ευ διασκεψαμενος, ὡς μελετῃ (arti oratoriae) ȣκ επιτηδειον τῳ συγγραφειν επεθετο, και εθαυμασθη εκ τȣτȣ. Nomen quidem *Sophistae*, vt ex his liquet, adpellatio nobilitans, diuersam ab illa Gorgiae tempore (de qua infra vid. Excurs. de *Sophistis*) significationem praebebat. Nam vt primum vsque ad Thalem philosophi iidem cum iis fuerunt; deinde vero nonnisi ii, quibus omni curae studioque sectandae in disserendo cauillationes argutiaeque, praeterea conciones habendae erant, hoc nomine, denique detestabili, sunt designati: sic Nostri tempore doctores cuiusque artis, rhetorices inprimis, in Graecia tum alia, tum praecipue Athenis publice constituti hac adpellatione, nunc honorabili atque gloriosa ornati sunt, ita vt ipsi alienigenae hoc munere donarentur, qui tunc dicebantur nacti *thronum* Atheniensem, cui πρȣςη, *praefuit*, primus, tempore Adriani, Lollianus, Ephesius. Similis *thronus* (cathedra) *Sophistarum* Romae erat. Sed et saepissime legationibus a ciuitate sua adhibebantur Sophistae, vnde hoc eorum munus nomenque gloriosissimum factum, Nostroque maximo honori fuisse clare patet.

Quod ad *Variam historiam* adtinet, transtulisse Nostrum multa ex Athenaeo in eam, iam supra memoravimus. Nec minus plures alii optimae notae scriptores materiam Nostro praebuerunt; sic Plato, Ael. VIII, 1. 2. 9. XIV, 5. Aristoteles, II, 26. XI, 5. XIII, 16. Isocrates IV, 8. V, 10. Thucydides XII, 50. Herodotus mutata dialecto VIII, 17. Plutarchus passim, vt XI, 9.

Digitized by Google

9. XII, 3. XIII, 38. 42 etc. Alia ex his auctoribus, modo *summatim* (vt ait Perizonius) *contracta retulit*, alia verbotenus ex iis recitauit, *alia suo exornauit stylo*, (v. g. XII, 1. XIII, 1.) *qui liquido satis rhetorem declarat*, *varietate potissimum* (*vt ipse testatur,*) *delectatum*, *non tantum rerum*, *quas scriberet*, *sed et ipsius*, *vt videtur*, *scripturae*. Vnde tamen non infitiari possis, libri huius praestantiam non parum illa historiae animal. inferiorem esse (v. c. I, 2. seqq.) pluraque ieiuna in illo exhiberi excerpta, quibus illud ὅτι praeponere solebat, quemadmodum non minus incuriae ac praeproperae celeritatis e ratione scribendi elucere quem fugit? vt, subiectum initio periodi iam praepositum in extremo, memoriae, vt videtur, vitio repetitum pluries occurrit, ne de suo Aeliani vsu Particularum quarumdam, v. c. καὶ ἐν καὶ, loquar. Adde, quod saepissime scire cupies, quae huic illiue excerpto ibi praeiuerint, vnde sumserat Noster. Tum, non raro exstant negligentiae exempla, vbi vel hausta ex aliis vitiose retulit, (v. c. IV, 23. VIII, 7. IX, 9 cet.) vel eamdem rem bis, sed varie expositi, (v. c. II, 6. cf. XIV, 8. I, 8. cf. XIII, 35.). Plura tamen libri XIImi, in XIVti extremis copiosius partim repetita incuriae fortasse magis librariorum, quam auctoris adscribenda videntur. Aelianum enim opus suum tantum neglexisse vix crediderim, praetereaque codex Lugd. longe plura complectitur repetita, quam reliqui codd. Ceterum, quum Suidas ex Varia Aeliani historia sumsisse nonnulla contendat, quae in iis, quot adhuc exstant, libris non reperiuntur; quum etiam librum sextum intercidisse, ac quintum in duos diuisum sibi persuadeant Perizonius et Boiuinius; nonnulla Variae hist. deperdita esse vix absimile putes.

Postquam post depulsam barbariei medii aeui *insciitiam* nostra historia *in publicam tandem lucem protracta fuit*,

Digitized by Google

fuit, multis dein editionibus per Heluetiam, Galliam, Germaniam fuit quasi certatim repetita. Primus eam graece tantum edidit Romae an. Chr. 1545. Camillus Perusc us. Mox latine vertit Iustus Vulteius a. 1548. et Oporino versionem suam separatim typis describendam dedit. Post hanc prodiit (monente Cl. Kühnio) *alia latina versio huius Ael. operis Venetiis 1550. 8. a Iacobo Laureo, Veneto, et italica, ibid. 1550. 8. a Bartholomaeo Cesano facta. Vulteianam* (pergit Perizonius) *versionem exhibuit denuo integram, et graeco textui primus adposuit a. 1550. Basileae, typis Henr. Petri, Io. Heroldus, varios auctores, qui exempla virtutum ac vitiorum scripserunt, in vnum et grande volumen coniungens. Secutus sequ. anno Conradus Gesnerus, qui Tiguri omnia Aeliani opera pariter in folio, vt aiunt, edidit, et graeca quidem nonnullis subinde coniecturis tentauit, ac notulas adsperfit; in latina autem Vulteii versione, quam ad graecum exemplar recognouisse se ait, quaedam immutauit. Post. ea Io. Tornaesius, typographus regius, minori tandem forma hanc historiam Lugduni an. 1587. excudit, qui itidem in ista Vulteii versione, quam cum graeco conferri denuo curauerit, innumera praefatur restituta et emendata. Repetit eam dein an. 1610 et 1625, graecumque Ael. contextum multis in locis illustriorem reddidisse iactat, eruditissimis emendationibus ac coniecturis Is. Casauboni margini adpositis, sed vbi vix quidquam reperias praeter Gesneri coniecturas et notulas. Tornaesianas expressirunt etiam cum ista praefatione ac sparsis in marginem notulis Io. Libertus Paris. 1618. et Iac. Stoerius, Genev. 1630. Successit tandem Io. Schefferus *) an. 1647. et 1662, qui, licet nulla, vt*

*) Natus an. 1621. Argentorati, Professor erat eloquentiae Vpsaliae; scripsit inter alia de militia nauali veterum; de re vehiculari veterum; de arte pingendi cet. Mort. 1679.

Digitized by Google

vt profitetur ipse, Mstorum ope adiutus, vtilissimam tamen operam nauauit Aeliano, dum primus, eum eruditis sane illustrauit notis cum aliis collatum auctoribus, multa ex historiis praecipue et antiquitatibus, vbi maxime polluit, explicuit, multa emendauit, aliis intacta, graecae linguae ceteroquin satis imperitus. Incredibile enim est, quam grauiter passim in eum peccauerit, vt ex indice suo v. c. liquet. Textum et versionem expressit demuo Salmurii 1668 Tanaquil Faber. (Professor Salmuriensis) *nec quidquam aliud de suo contulit, nisi paucas ex ingenio coniecturas. Deinde accessit Ioachimus Kuhnius *), qui prioribus tertias et postumas Schefferi suasque nouas et eruditas adiecit notas, Argentorati an. 1685, quae tamen editio grauissimis scatet mendis typographicis.* Kuhnium excepit *Iacobus Perizonius **).* Hic denique longe magis, quam alii ante et post eum de Nostri Varia historia meritus est. Nactus enim duos Mstos codd., alterum et antiquiorem a Frid. Sluiskenio, alterum recentiorem ex publica academiae bibliotheca, ac vtrumque, quod optimum erat, diuersae propaginis, vt adeo, vt ipse monet, in illis habuerit vtramque veterum exemplarium, quae sola barbariem dominantem euaserunt, lectionem, ex qua omnes Variae historiae seriores codices deriuati videntur. Cum his codicibus contulit auctorem Perizonius primum fortasse adcuratissime, quum priores romanam solam Perusci editionem plus minusue sequuti (v. g. I, 20) saepissime incertius coniecturassent,

*) Natus 1647. Grifonlae (Gripswalde) Professor fuit lingg. orient. Argentorati, scripsit animaduersiones in Pollucem; obseruatt. in Diogenem Laert. cet.

**) Natus 1657. Dami, vrbe Groningensi; Professor fuit Franequerae, it. Lugduni Bat., vbi etiam 1715. mortuus est; scripsit praeter plura Animaduersiones historicas; de originibus babylonicis cet.

Digitized by Google

rassent, imo ipse Schefferus, etsi ei conferendorum Parisiensium, primi num. 2083, manu Caesaris Strategi scripti, secundi num. 3064, tertii num. 3132, codicum (in notis ad Nostrum sign. vel his dictis numeris, vel num. 1. 2. 3. vel a. b. c) copia esset, minus iusto satisfeciisset; quid autem hi ferrent codices in omnibus corruptis suspectisue locis, noua collatione Perizonium docuit rogatus Io. Boiuinius. Praeterea Graeuius schedulas Marqu. Gudii, qui ex duobus Mediceis et vno Mediolanensi, si quid variarent, adnotarat, Perizonio suppeditauit. Hic ergo, collata non minus ab eo illa antiquissima Perusci editione, auctorem multo, quam antea, emendatiorem exhibuit, commentario copiosissimo historicisque notis praestantissimo exornauit, versionem Iusti Vulteii, quam priores, hic illic, etsi non semper bene mutatam, seruarant, adcuratius correctam addidit, indicesque tam graecum, vel vocum, quam latinum vel rerum, illum a Scheffero inceptum auctumque a Kuhnio, hunc ex Tornaesianis editionibus sumtum, adiunxit. Anno 1713 Kuhniana editio est repetita. Splendidissime autem in duobus tomis *Abrah. Gronouius* Var. historiam graece et latine cum notis variorum edidit Lugd. Bat. 1731 4 mai., qui in suis coniecturis Mediceo codice tertio, aliquando tamen inconsultius vsus est. Nouissimis denique temporibus nostra Ael. historia tam gallice Paris. 1772 8vo, quam germanice a *Meineckio* (Conrect. Quedlinburg.) 1775, it. 1787 8vo versa, vtraque autem cum notis exornata prodiit. Graece impressa est Halis Sax 12mo 1772, latina versione ibidem eodemque anno seorsim edita; graece vero et latine Varia hist. prodiit Basileae 1774 8vo Abr. Gronouium curiose sequuta. Eodem tempore *Kretschmarus* Variam in publicum misit. Postremo an. 1780, Cl. *Carol. Gottlob. Kuhn.* (Med. Doct. et Prof. Lipsi.) Perizonianam editionem, additis

Abr.

Digitized by Google

Abr. Gronouii, Meineckii ſuisque notis, indice graecitatis, graece repetiit in duabus partibus, 8 mai.

Denique pauculis adhuc memoranda puto, quae de codice quodam bibliothecae Rhedigerianae Vratislavienſis ad Variam certe Noſtri hiſtoriam ſpectantia *Fülleborn*, Profeſſor Gymn. Eliſabeth. in eadem vrbe, Vir ampliſſ. humaniſſime literis mecum communicauit. „Habet enim," ait, „codex ille, quem alio „loco *) paullo adcuratius deſcripſi, e Variis Ael. hiſto„riis tria tantum capita, reliqua ex Aeliano *de anima„libus*, ac ne haec quidem integra et vulgari ordine „collocata, ſed in compendium redacta, paſſim etiam „immutata, ita vt non tam deſcripſiſſe Aelianum vi„deatur Michael. Apoſtolius" (Conſtantinopolitanus, qui ſeculo XVI vixit, et, vrbe ab Oſmannis capta, Romam ſe contulit) „quam in ſuum vſum excerpſiſſe. „Enimuero, ne penitus fruſtrer ſpem Tuam, quidquid „ad tria illa, de quibus dixi, capita notaui, dabo li„benter". — —

„Lib. I, cap. 2. *Φάλαγγες τὰ θηρία δῶρα Ἐργά„νης ἐκ ἴσασι. Τὸ δὲ γινόμενον αὐταῖς πάγη ἐστὶ καὶ „οἷον κύρτος τοῖς ἐμπίπτουσι, ἐντεῦθεν ἔχουσι καὶ τὴν „δαῖτα· ἐμπίπτει δὲ, ὅσον καὶ τὸ ὕφασμα κατέχει „καὶ ἐκείνας δειπνεῖν ἀπόχρη*".

„Atque ita, ni fallor, clara omnia. Quid enim in „vulgatis libris illud *ὅτε εἰδ. βελ.*? quid illud *ἢ τίποτ. „— — θηρίον*? quid reliqua? Ne dicam illud *καὶ „poſt* verba *ὑφαντ. κ. ὑφ.* — aperte vitioſum eſſe, „cum *ὑφ. κ. ὑφ.* ſint illa *δῶρα Ἐργ.*, de quibus ſermo „eſt. Videtur autem illud initium in vulg. *ὑφαντ.* cet. „ex Aeliano de anim. I, 20. a ſciolo huc transcriptum „in textum migraſſe".

Cap.

*) In praefatione orationum Plethonis et Apoſtolii, Lipſ. ap. Schwickertum, 1792.

Digitized by Google

„Cap. 5. Ἡ ἀλώπηξ θαλασσίας δι' ἀκρασίαν ἐκ „ἀπέχεται, καταφρονεῖ τῶ ἀγκίστρω καὶ ἀλῶσα ἀνέ„θορέ καὶ ἀπέκειρε τὴν ὁρμιάν. Cap. 6. Αἱ χελῶναι „αἱ θαλάσσιαι ἐν τῇ γῇ τίκτουσι. καταχωννύουσι ἐν „τῇ αὐτῇ τὰ ὠά, καὶ ὑποτρέφουσιν. Εἰσὶ δὲ ἐς τοσῦ„τον λογισικαὶ et sic porro, vt in editis vsque ad ζῶα „γίνονται. Ὑποτρέψασαι ἔν εἰς τὸν χῶρον, ἐν ᾧ „ἔκρυψαν τὰ ἑαυτῶν βρέφη ὀρύσσουσι τὴν γῆν, reliqua „textus habet. Ante ἔπειθαι in Mſ. eſt καί."

Ex quibus omnibus hoc ſatis certe patere arbitror, iam olim illa capitis ſecundi abſurda credita fuiſſe. Velim tamen ſcire, an illa ibi, vnde hauſerit Apoſtolius, aeque exſtiterint, vt nunc legantur, nec ne?

Fragmenta, quae, e Suida collecta, Aeliano vulgo attribuuntur, huic editioni cur non adiecerim, ſi quaeras, nil aliud reſpondere ſcio, ac, incertiſſimum eſſe, quid eorum vere ſit Aeliani, et cuius Aeliani? Certe etiamſi Aeliano, vix tamen noſtrae hiſtoriae, imo plurima eius libro περὶ προνοίας adſcribenda putes.

Ceterum poſterior huius editionis pars, quuin totum opus in lucem nunc producendi facultas non eſſet bibliopolae, proximis ſane nundinis lecturis tradetur.

Digitized by Google

ΑΙΛΙΑΝΟΥ
ΠΟΙΚΙΛΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ
ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

ΚΕΦ. Α'.

Περὶ πολύποδος.

Δεινοὶ κατὰ κοιλίαν οἱ πολύποδες, καὶ πᾶν ὁτιῶν φαγεῖν ἄμαχοι. πολλάκις ἂν ὁδὲ ἀλλήλων

Δεινοι κ. τ. λ. οἱ πολ.] sc. ασι. Δεινος propr. notat *magnus, grauis, qui multum valet; hinc terribilis*, sic XIII, 1 verſ. fin. de Atalante; δεινη ην εντυχειν, *terribilis erat incidentibus in ſeſe*; hinc *periculoſus*, Xen. Cyrop. V, 2. 31. *malus*, v. c. ibid. VIII, 7. 16 ατε τ' αγαθα ατε τα δεινα; vid. Mor. ind. ad Iſocr. paneg. h. v. Deinde vero, *quidquid in ſuo genere quaſi modum excedit in vtramque partem, cuius viribus reſiſti nequit, quodque per illam faciendi aliquid excellentiam eſt* εκπληκτικον i. e. *quod ea excellentia percellit alterius animum*. Sic Xen. Mem. Socr. I, 2. 26. δεινοτατον εαυτε ειναι, *ſe ipſum in re aliqua ſuperare*, it. infra II, 5. init. δεινη φεδω. III, 18. δεινος μυθολογος, vt nos, *ein erſchrechlicher Aufſchneider*. Sic itaque δ. κατα κοιλ. h. l. ſunt *validiſſimi ſtomacho, voraciſſimi*, qui omnia ſemper appetunt et facile concoquunt, prorſus vt III, 1. δεινοι κ. χαραξαιειν, qui praeſtantiſſimi pictura aut ſimili artificio omnia facile et feliciter exprimunt. Alciphr. I, ep. 10. ed. Bergl. οἱ τα μετεωρα δεινοι. Infra III, 10. 15. in. δεινος πειειν. Xen. Cyr. I, 4. 12. δεινος λαλειν. Vid. Cuperi obſerv. p. 295. ſ.

πολυποδες] Plura de polypis, et inprimis de quodam extra modum magno, vid. ap. Plin. hiſt. nat. IX. cap. 29. 30. ſect. 48. Caput eius, dolii magnitudine, amphorarum 15 capax fuit; pedes, qui nomen ei dedere, (ſ. barbae, crines, brachia, cirri,) quibus ſcopulis adhaeret, 22, et quos vix vtroque brachio complecti homo potuit, elauarum modo toroſi longi pedum 30; acetabula ſ. caliculae, quibus fugit, pelvium modo, dentes magnitudini reſpondentes. It. Plin. XXXII, c. 2. ſect. 5. Ouid. fragm. de piſc. v. 30. ſ. Ael. h. an. paſſim. Ariſtot. hiſt. an. IX. Theophraſt. de color.

παν ὁτιειν etc.] *Quidquid tandem eſt, quodcunque.* Particula

Digitized by Google

λων ἀπέχονται· ἀλλὰ τῷ μείζονι ὁ βραχύτερος ἁλίσκεται, καὶ ἐμπεσὼν τοῖς ἀνδρειοτέροις θηγάτροις, τοῖς καλαμένοις τε ἰχθύος πλοκάμοις, εἶτα αὐτῷ γίνεται δεῖπνον. - ἐλλοχῶσι δὲ οἱ πολύποδες καὶ τὰς ἰχθῦς τὸν τρόπον τοῦτον· ὑπὸ ταῖς πέτραις κάθηνται, καὶ ἑαυτὰς εἰς τὴν ἐκείνων μεταμορφοῦσι χροιὰν, καὶ τοῦτο εἶναι δοκοῦσιν, ὅπερ ἔν καὶ πεφύκασιν αἱ πέτραι. οἱ τοίνυν ἰχθῦς προσνέουσιν, οἷονεὶ τῇ πέτρᾳ, τοῖς πολύποσιν, οἱ δὲ, ἀφυλάκτως ὄντας αὐτὰς περιβάλλουσι ταῖς ἐξ ἑαυτῶν ἄρκυσι, ταῖς πλεκτάναις.

ΚΕΦ.

ticula *αν*, qui alias vſum concluſiuum exercet, in hac voce et in aliis eiusmodi, vt *ὁποιος τις αν qualiscunque*, *ὁπωσιαν, quocunque modo*, *ὁποθεναν, undecunque*, *ὁποσοσαν, quotuscunque* etc. *infinitam* poteſtatem exprimit, quae quidem ex illa generaliori nata videtur. Vnde ſequitur, hanc particulam in talibus vocibus non abundare ſ. expletiuam eſſe. Sic mox *ὁσπερ αν*.

τῳ μειζονι — ἁλισκεται] Dativum, quocum paſſiua coniungi conſtat; Verbum *ἁλισκεται* habet in Perf. et Aor. 2, vbi eſt ſignificationis paſſiuae.

εμπεσων] Aor. 2. Verbi *εμπιπτω*.

χροιαν] Χροια et *βαμμα* ita differunt, vt *βαμμα* ſit materia coloris, v. id, quod in ſe non ſolum colorem habet, ſed quo etiam aliae res inficiuntur. *χροια* vero pr. color ſit, prout oculis cernitur, tum in ipſo *βαμματι*, tum etiam in aliis rebus, *βαμματι* infectis.

καὶ τοῦτο εἶναι] Vir doct. in *Obſeruatt. miſcell.* T. I. p. 149. vult *ταυτο*, qua mutatione non opus eſſe videtur.

ὅπερ] ſc. *κατα*.

πεφύκασιν] Φυω, *gigno*, in Perfect. Act. et Aor. 2. paſſiue vſurpatur, *natura comparatus ſum, natus ſum*. Denotat ergo omne id, quod natura habemus, ſ. *eſſe* ita, vt aliter eſſe nequeat, v. c. Aeſop. f. 56. Νεβρος προς τον ελαφον εφη· — καὶ ταχύτερος κυνων πεφυκας etc. Heyn. *πεφυκε — προς τουτο παντων ζωων τα μεν βλαβερα — φευγειν* etc. h. e. *φυσει διατεθειται, διακειται. natura ita comparatum eſt*. Eſt enim is naturalis inſtinctus, *ὁρμη*.

περιβαλλουσι] Mſſ. reg. b. et Lugd. *παραβαλλουσι*; ſed rectius vulgatum. Harum ſcilicet praepoſitionum *παρα* et *περι* permutatio etiam alibi non infrequens eſt. Sic v. c. infra c. 15. et XII, 23.

ταις εξ ἑαυτων ἀρκ.] ſc. *ἐσαις* ſ. *γενομεναις*. Sic ſaepiſſime haec verba ſubintelligenda ſunt,

Digitized by Google

ΚΕΦ. Β'

Περὶ Φαλάγγων.

Φαντικὴν, καὶ ὑφαίνων, καὶ δῶρα Ἐργάνης δαίμονος, ἔτε ἴσασιν αἱ φάλαγγες, ἔτε εἰδέναι βέλονται.

sunt, v. c. infra II, 25 extr. καὶ ὁμολογεῖ τ. α. μ. π. sc. εἶναι s. ὄντα. — Το ἐξ abesse poterat. Sic saepius Praepositio, quae poterat abesse, adiicitur, si locus, vel res, vnde quid oriatur, intelligitur, v. c. Ceb. tab. §. 35 et 55. ἡ παρ' αὐτῆς δόσις; pro quo ib. §. 44. τὰς ἐκ τύχης δόσεις. Similiter infra III, 12. τὰ ἐκ τύχης, *illorum facta.*

ὑφαντικὴν] sc. τέχνην; quod nomen frequentissime intelligendum; v. c. infr. c. 7. in. ἡ ἱατρικὴ. II, 27. ἡ ἱππικὴ *ars equitandi.* Sic, ἡ γραμματικὴ, μουσικὴ, μαντικὴ, ἁλτικὴ etc. vbi etiam σπερμὴ intelligi potest. Latini sic etiam v. c. Grammatica, sc. ars. Plura exempla vid. ap. Bos. ellipss. gr. p. 263. ed. 1765. — Ceterum multi plerarumque artium exempla homines a brutis accepisse putabant, v. c. nauigationem a piscibus, a subus arationem, ab auibus aedificandi artem, ab aliis alias, et sic etiam texendi modum ab aranèis, v. Plut. Symp. IV, 5. Hanc sententiam noster hic et cap. praec. et seqq. refellit.

Ἐργάνη] *opifex* ab ἔργον, ἐργάζεσθαι, *opus facere*, est Mineruae cognomen, quae cum Apolline habebatur praeses artium et scientiarum; h. l. praecipue intelligenda sunt opera muliebria, quale opus textile, v. etiam III, 42. med. — Δῶρα Ἐργ. hic sunt *vestes.*

δαίμονος] Δαίμονες, genii, qui medium tenere credebantur inter deos et hominum animos, et cuique homini genius aliquis attribuebatur, (vt cuique feminae sua Iuno v. Plin. h. nat. II, c. 7. s. 5. et Broukhus. ad Propert. II, 4. 17.) Saepius tamen hoc nomen tum pro diis ipsis vt h. l. it. Hom. Il. α, 222. alibique, tum pro animis hominum poni reperitur; ac reuera in significatu philosophico nihil aliud est, quam ipse animus hominis eiusque appetitus, v. quae Sydenham ad Plat. symp. c. 28. 8. — Hunc genium honorabant praecipue diebus natalibus maximis epulis, vnde locutiones, *genio indulgere, defraudare genium, mensa genialis*, item, *iurare per genium* (ficut iurare per Iunonem.). Ceterum doctrina de daemonibus paupertatem prodit philosophiae antiquae, quae eos causis ignotis supponebat, v. inf. Exc. de Socr. vbi leg. de Genio eius.

Digitized by Google

ται. - ἢ τί ποτ' ἂν καὶ χρήσαιτο τῷ τοιῷδε ἐσθήματι τὸ τοιοῦτον θηρίον; τόδε ἄρα πάγη, καὶ οἱονεὶ κύρτος ἐστὶ τοῖς ἐμπίπτουσι. καὶ ἡ μὲν ἀρκυωρεῖ, πάνυ σφόδρα ἀτρεμοῦσα, καὶ ἔοικεν ἀκινήτῳ, καὶ τὸ μὲν ἔπεσεν, ὅ, τι ποτέ ἐστι τὸ ἐμπεσὸν, ἥδ' ἔχει δαῖτα

βουλονται] Quid ad h. v. cogitauerit auctor, non intelligo. Forsan facete loqui voluit; at quales facetiae!

Η τι ποτ' αν] η non ipsum interrogat, vt multi putant, sed, ante Particulam interrogatiuam positum, vt h. l. impetum rogantis exprimit et aliud quid praecedens respicit. Vt adeo reddere liceat, *vel, tandem*, v. Hoogev. part. graec. I. p. 317. ed. Schütz. Quamquam ob illum respectum ad ισασι et βουλ. vertere non male possis *aut*. Nisi mauis ἤ, *vere*.

τι ποτ'] sc. προς. Ποτε, iunctum cum particulis interrogatiuis exprimit percontantis cupiditatem; *quam, quaeso* s. *tandem ad rem* etiam vteretur huiusmodi vestimento? v. Ernest. ad Xen. Mem. S. init. et Demosth. p. Cor. c. 41. med.

χρησαιτο τῳ εσθηματι] Verba, *vsum* significantia, Datiuum secum habere, notum est.

τῳ τοιῳδε] Δε encliticum, hic, vt plerumque demonstratiuam potestatem exercet, ita, vt aut ad aliquid, modo praecedens, vt VI, 4. med., aut ad mox sequens respiciat; sic Xen. Mem. S. I, 1. §. 1. τοιαδε τις ην, *huiuscemodi fere*, (sic τις) erat. Vid. ibi Ernest. Ael. infr. VI, 13. med. τυραννιδες — αιδε, quae sequuntur, ἥτε Γελωνος — και ἡ των etc. Nostri: *da, hier;* saepe το δε non exprimunt.

τοδε αρα παγη] Intelligendum τοδε de opere araneae texto, licet id in superioribus nondum sit diserte satis expressum, nec nisi vocabulo εσθηματος, cuius verum et propriae significationis vsum auctor araneae negat; quamquam, ex nimis propinquo εσθ. elicere ὑφασμα, duriusculum videri, bene sensit cel. Scheller.

πανυ σφοδρα] Graeci saepius duas particulas eiusdem significationis iungunt, sic v. infra c. 13. Hom. Il. β. 305. αμφι περι, v. 233. απο νοσφι, Xen. Cyr. I, 1. 4. ὡσαυτως οὕτω ibique Zeune; αυθις αυ παλιν, Sophocl. Philoct. 952. αυ παλιν αυθις. Aristoph. Nub. 975. ὁτι ὑνεκα pro ὁτι, *quoniam*, Soph. Aiax. 123.

και το μεν] Και, pro δε, respondet superiori μεν. Plura exempla vid. Zeun. ad Viger. p. 520.

το μεν επεσεν — ἡδ' ἔχει] *Et illud quidem* (των εμπιπτοντων τι εις την παγην) *cadit, quodcunque tandem sit, quod incidit, ipsa vero confestim pascitur.* Solent Graeci per ὁ μεν — ὁ δε narrare duas actiones, quarum vna alteram continuo insequitur. Latini reddunt *simul ac* etc. e. g. infr. c. 30. ὁ μεν ἱππευε συν etc. — — ὁ δε ὑπερηθεις

Digitized by Google

δαῖτα. τοσοῦτον δ' ἐμπίπτει, ὅσον καὶ τὸ ὕφασμα κατέχειν δυνατόν ἐστι, καὶ ἐκείνην δειπνεῖν ἀπόχρη.

ΚΕΦ. Γ'.

Περὶ Αἰγυπτίων βατράχων.

Σοφόν τι ἄρα χρῆμα ἦν γένος βατράχων Αἰγυπτίων, καὶ οὖν καὶ τῶν ἄλλων ὑπερφέρουσι κατὰ πολύ.

ησθεις αυτου τη etc. it. X, 15. med. ὁ μεν απεθανεν, οἱ δε etc. Vid. indic. v. ὁ. Ienſius legendum cenſebat και το μεν ενεπεσεν, quod Perizonio et cel. Schellero probatur, quia praeceſſerat εμπιπτουσι et ſequitur εμπεσον, et εμπιπτει. Bene, puto, nam, praecedente μεν, Praepoſitio ἐν facile auferri poterat. Dauiſ. ad Cic. Nat. D. II, 48. coniecit κ. ὁ μεν ενεπ. Momente cel. Schell. verba το μ. επ. abeſſe poterant. Coniectura autem το μεν ενεπεσεν, τὸ δ' ε· ὁ, τι cet. non opus videtur. Mox Mſt. Sluisk. et Lugd. ὁ, τι ποτ' εστι. Bene. — Ceterum conf. Xen. Mem. S. III, 11. 6.

Τοσουτον cet.] quid his v. auctor voluerit, neſcio. Nonne enim ſaepius plus incidit in telam, η ὁσον το ὑφασμα κατεχειν δυνατον εστι?

εκεινην] Mſti Sluisk. et Med. vterque εκεινη. Non male; imo aptius; ſic infra II, 34. med. εμοι πεντε ετη αποχρη βιωναι.

Αρα] *ſane, profecto*; pro δη confirmatiuo; ſic Xen. Cyr. I, 3. 8. 4, 11. VII, 5. 40.

χρημα] χρημα, *res, aliquid*; *ein Ding*, Graecis, vt εργον, πραγμα, circumſcriptioni ſeruit, et *tum* Genitiuo rei, vel perſonae circumſcribendae adiungitur, v. c. Herodot. I, 36. συος χρημα μεγα, i. e. *ingens aper*; it. II, 13. *extr.* παμπολυ τι χρημα των Ἑλληνων i. e. multi *Graeci*. *Tum* Nominatiuo, per appoſitionem, v. c. Xen. Cyrop. I, 4. 8. ελαφος καλον τι χρημα, i. e. *ceruus pulcer*, quaſi *ein ſchön Ding von Hirſch*. Noſtr. II, 22. σεμνον τι χρημα το Σολωνος ſc. χρημα, i. e. νομοθεσια, non ipſe Solon, vt vertit Periz. ſed eius legislatio. It. IX, 41. Sic εργον, v. c. Hom. Il. ε, 303. λαβε χερμαδιον, μεγα εργον. Athen. Πηνελοπεια, μεγα πραγμα; et h. l. Imitantur hoc Latini, v. c. Ouid. Pont. II, 37. *res timida eſt omnis miſer*. Minime ergo exceſſum ſignificant voces χρημα, εργον, πραγμα, vt vult Viger. III, 13. reg. 1. p. 154. it. p. 173. not. Tunc enim Adiectiuum adpoſitum abundaret. Nullo plane exceſſu Phaedr. IV, fab. 7. *ſi qua*, ait, *res eſſet cibi*, i. e. ſimpliciter *cibus*. Quamquam illum exceſſum, Adiectiue expreſſum, tali circumſcriptione magis apparere puto.

ὑδρῳ

Digitized by Google

λύ. ἐὰν γὰρ ὕδρῳ περιπέσῃ Νείλου θρέμματι βάτραχος, καλάμου τρύφος ἐνδακὼν, πλάγιον φέρει, καὶ ἀπρὶξ ἔχεται, καὶ οὐκ ἀνίησι κατὰ τὸ καρτερόν. ὁ δὲ ἀμηχανεῖ καταπιεῖν αὐτὸν αὐτῷ τῷ καλάμῳ. οὐ γάρ οἱ χωρεῖ περιλαβεῖν τοσοῦτον τὸ στόμα, ὅσον ὁ κάλαμος διείργει· καὶ ἐκ τούτου περιγίνονται τῆς ῥώμης τῶν ὕδρων οἱ βάτραχοι τῇ σοφίᾳ.

ΚΕΦ.

ὕδρῳ] Lugd. regg. a. b, ενυδρῳ, sic mox ενυδρων.

κατα το καρτερον] *pro summa vi, quam maxime potest;* sic infr. III, 19 extr. Dicitur etiam κατα κρατος.

καταπιειν] Notandum hoc verbum a significatione simplici του πινειν recedere et degenerare; vix enim extra *absorbendi, deglutiendi* significationem inuenies, v. g. infr. c. 5. vbi καταπιειν αγκιστρα; Apollod. bibl. I. passim. Plato in Eutyph. de Saturno, filios devorante: ὅτι τους υἱεις κατεπινεν ουκ εν δικῃ. Aristoph. Nub. 337. κατεπιον τεμαχη. Sic Horat. *absorbere placentas*, II. serm. 8. In nouo test. 1. Petr. 5, 8. 2. Cor. 2, 7. Vid. de h. v. Hoogev. ad Vig. p. 111. ed. Zeun. Ita et καταποσις Alciphr. I, 22. in. ib. Bergl.

αυτῳ τῳ καλαμῳ] sc. συν, quod saepissime est subintelligendum. v. Alciphr. I, 2. Xen. Cyrop. I, 4. 7. αυτοις τοις ἱπποις κατακρημνισθηναι. ib. 17. VI, 1. 42. παντι θενει αθροιζοιντο V, 4. 20. VI, 2. 9. hist. gr. I, 2, 8.

οἱ χωρει περιλαβειν] οἱ Datiuus ionicus pro ἑαυτῳ, vid. et II, 44 med. απεχρησεν οἱ. — Χωρει, *capax est, potest capere*, sic Ioan. 21, 25. Matth. 19, 11. 12. Nostr. infr. I, 32. III, 9. in. Quod autem Infinitiuus iungitur huic Verbo, est familiaris haec Graecis et auctori nostro locutio, quam Latini per *vt* vel per Gerundium solvere solent. Sic II, 44. med. βλεπων σφαττειν, *toruum circumspiciens, vt occidat;* it. XII, 21, fin. καταλιπουσαι τους νεκρους — θαψαι, XIII, 1. init. IX, 15. fin. Sic latini poetae interdum graecissant. Virg. Aen. V, 248. *dat ferre talentum*, 262. 307. IX, 362.

περιγινονται της ρ. cet.] Pro quo, monente cel. Schellero, forsan accuratius foret: περιγινεται της ῥ. των υ. ἡ σοφια των βατρ. Animalia enim cum animalibus, inanimata cum inanimatis conferantur, non animalia cum rebus, aut contra. Sed sic Cic. ait, v. c. Orat. I, 44. extr. *si cum illorum Lycurgo et Dracone — nostras leges conferre volueritis*, pro *Lycurgi legibus*. Liv. V, 23 extr. Plura exempla vid. in cel. Schelleri Observ. p. 304.

Digitized by Google

ΚΕΦ. Δ'.

Περὶ κυνὸς Αἰγυπτίου.

Καὶ ἐκεῖνο δὲ κυνὸς Αἰγυπτίου τὸ σοφόν· ἐκ ἀθρόας, ἐδὲ ἀνέδην, ἐδὲ ἐλευθέρως ἐκ τῆ ποταμῆ πίνουσιν, ἅμα ἐπικύπτοντες, καὶ ὅσον δι' ὤσι λάπτοντες. ὑφορῶνται γὰρ τὰ ἐν αὐτῷ θηρία. παραθέουσι δὲ τὴν ὄχθην, καὶ παρακλέπτοντες, πίνουσιν, ὅσον ἀρκέσαι, καὶ πάλιν. ἔστι ἔτως ἐκ διαλειμμάτων

Καὶ ἐκεῖνο δὲ] Καὶ habet vim ἐπιδοτικὴν i. e. vim superaddendi aliquid, et significat: *etiam*. Δὲ coniungit caput superius cum hoc; continuat igitur orationem. — Ceterum de hac canum prudentia vid. Plin. h. nat. VIII, 40. f. 61. Unde et notum prouerbium: *Vt canis ex Nilo*, vsurpatur de eo, qui in negotiis non industrie et assidue occupatus est, sed se saepius interrumpit.

ἐκεῖνο - κυνὸς Αἰγ. τὸ σοφὸν] Aliquid scabri est in his verbis. Monente enim Perizonio vel dele illud τὸ, vel lege potius τι σοφὸν. Ceteroquin imperfecta est oratio, in qua nihil vtique praedicatur de subiecto, quippe cuius tunc partem constituit τὸ σοφὸν. At si legas, vt dictum, idem exit, ac si plenius scriptum foret: καὶ ἐκεῖνο δὲ κυνὸς Αἰγ. (subint. sine γένος, sine χρῆμα, sine ἔργον, vt cap. 21.) ἐστι χρῆμα τι σοφὸν, vertendumque: *Etiam canis Aegyptius est sapiens*; vel, *etiam illud canis Aegyptii factum est factum sapiens*. Conf. infr. II, 16. καὶ τῦτο Φυκωνος κ. τ. λ. Saepius tamen additur τι, vt in proximo capite.

Ἀθρόως, ἐδὲ ἀνεδην, ἐδὲ ἐλευθέρως] Ἀθρόως πίνειν est bibere vno et continuo actu ad satietatem vsque. Anton. Liberal. f. 24. ἐξεπιε ποτον ἀθρόον. Xen. symp. c. 2. §. 26. ἐγχαθὰς τὸ ποτον ἀθρόον, de eo, qui cyathum vno tenore exhaurit. Sic quando quis quid facit, quantum eius facere potest, dicitur id ἀθρόως facere. Ἀνεδην pr. quod remisso et soluto fit animo. Sic IX, 8 med. Polyaen. I, 17. Declarantur autem haec omnia, vt nunc sunt exposita, per ipsum auctorem in sequentibus, veluti ἀθρόως per ὅσον δι' ὤσι λαπτοντες; ἀνεδην per ἐπικυπτοντες et eius contrarium παραθέουσι τὴν ὄχθην; ἐλευθέρως per oppositum παρακλέπτοντες.

παρακλέπτοντες] Vid. infra III, 47 med. κλέπτων.

καὶ πάλιν] Solent Graeci repetitionem eiusdem rei hac phrasi καὶ πάλιν designare, vt vel ex nov. test. liquet, vbi passim καὶ πάλιν occurrit, etiam ἑλληνικῶς, vt hic, idque in citationibus maxime. Vid. Rom.

Digitized by Google

ἐκορέσθησαν, ἃ μὴν ἀπώλοντο, καὶ ἂν καὶ ἠπέσαντο τὸ δίψος.

ΚΕΦ. Ε'.

Περὶ θαλαττίας ἀλώπεκος.

Ἡ ἀλώπηξ, ἃ μόνον τὸ χερσαῖον θηρίον δολερόν ἐστιν, ἀλλὰ καὶ ἡ θαλαττία πανοῦργός ἐστι. τὸ μὲν γὰρ δέλεαρ οὐκ ὑφαρπάζει, οὐδὲ μὴν φυλάττεται, διὰ τὴν ἀκρασίαν τοῦτο· τῷ δὲ ἀγκίστρῳ καταφρονεῖ καὶ πάνυ ἡ ἀλώπηξ πρὶν ἢ γὰρ τὸν ἀσπαλιέα σπάσαι τὸν κάλαμον, ἡ δὲ ἀνέθορε, καὶ ἀπέκειρε τὴν ὁρμιὰν, καὶ ἠφάνισται αὖθις. πολλάκις δ' ἔν καὶ δύο καὶ τρία κατέπιεν ἄγκιστρα. ὁ δ' ἁλιεὺς ἐκείνην οὐκ ἐδέσπησε, προϊοῦσαν τῆς θαλάσσης.

ΚΕΦ.

Rom. 15, 10. 11. Hebr. 2, 13. Sed et ita Polyaen. VIII, 42.

ἀπώλοντο, ἠκέσαντο] Male vertebantur *perierunt, refrixerunt*. Forma enim haec idcirco dicitur *ἀόριστος*, quia nullum certum vel vbiq;e idem Tempus, ſed modo Praeteritum, modo Praeſens, vel *id quod fieri ſolet*, denotat, atque idcirco etiam paſſim in narrationibus rerum promiſcue vides a Graecis adhibitam Praeſentis et Aoriſti formam. Ita mox capp. ſeqq. *ἀνεθορε, ἀπεκειρε, κατεπιε, ἐδεσπησε, κατεσωσαν, ἀνωρυξαν.*

Ἡ ἀλωπηξ, *ἃ μον.*] De hoc zeugmate vid. infr. X, 16. in. et not. De re autem ipſa vid. Ariſtot. h. an. IX, c. 37. Oppian. halieut. III.

Τὸ *μεν γαρ*] Cuiuſnam rei rationem reddit *το γαρ*? Quod praeteriiſſe alios editores valde miror. Sagaciſſime ergo, arbitror, Cuperum obſerv. p. 297. tranſpoſitione ita locum ſanaſſe, vt τα Πριν η γαρ — αυθις, verbis *πανουργος εστι* et Το μεν γαρ δ. interſeruerit. Πανουργια enim ſic potius oſtendit vulpes quam eo, quod *εκ ὑφαρπαζει το δελεαρ*, cet. Qua ſimul emendatione illa repetitio Subiecti *αλωπηξ* poſt *καταφρ. κ. πανυ* magis ab initio remouetur atque ita et ob inſertum aliud Subiectum *το ασπαλιεα*, facilius excuſatur. De talibus repetitt. vid. ind. gramm.

πριν η — σπασαι] Πριν η, *priuſquam* ponitur cum Infinitiuo, vt plerumque; ſed reperies etiam Indicatiuum. Demoſth. adv. Lept. p. 486. et Optatiuum et Coniunctiuum. Interdum etiam *η* omittitur.

προϊουσαν] non a *προϊημι dimitto*, ſed a *προεμι, progredior,*

Digitized by Google

ΚΕΦ. ε'.

Περὶ χελωνῶν θαλαττίων.

Αἱ χελῶναι αἱ θαλάσσιαι ἐν τῇ γῇ τίκτουσι. τεκοῦσαι δὲ, παραχρῆμα κατέχωσαν ἐν τῇ γῇ τὰ ὠά· ἔπειτα ἐπιστρέψασαι ὀπίσω εἰς ἤθη τὰ ἑαυτῶν, νήχονται. εἰσὶ δὲ εἰς τοσοῦτον λογισικαὶ, ὥστε ἐφ' ἑαυτῶν ἐκλογίζεσθαι τὰς ἡμέρας τὰς τεσσαράκοντα, ἐν αἷς τὰ ἔγγονα αὐταῖς, τῶν ὠῶν συμπαγέντων, ζῶα γίνονται. ὑποστρέψασαι ἔν αὐθις εἰς τὸν χῶρον, ἐν ᾧ κατέθεντο κρύψασαι τὰ ἑαυτῶν βρέφη, ἀνώρυξαν τὴν γῆν, ἣν ἐπέβαλον, καὶ κινεμένας ἤδη τὰς νεοττιὰς, ἔπεσθαι δυναμένας αὐτῶν, ἀπάγουσιν.

dicer, sic, vt *προϊοντος χρονου*. Genitiuus *της θαλασσης* regitur a *προ*.

Ἐπιστρεψασαι] sc. *ἑαυτας*; ellipsis valde nota, et in sexcentis Verbis transitiuis, sine Accusatiuo compositis, vsitata; de quo v. Bos. ell. gr. p. 77. — Plura de testudinibus marinis vid. ap. Plin. h. nat. IX. c. 10. s. 12. et. c. 32. s. 52. etc. Cic. de n. deor. II.

εις ηδη τα ἑαυτων] sc. *οντα* v. c. I.

λογισικαι] Non designatur hic generatim ratio (quam significat alias λογος), qua praeditae sint testudines, verum simpliciter facultas numerandi illos dies, quae quidem rationis speciem quamdam prae se fert. Λογισικη est ipsa ars et peritia numerandi. v. supra c. 2. in.

ὡστε ἐκλογιζεσθαι] Ὡστε et cum Infinitiuo, quod maxime est vsitatum, et cum Indicatiuo, et nonnunquam cum Imperatiuo ponitur. Exempla vbique occurrunt. Vid. et. Vig. p. 540. ib. Zeun.

ἐφ' ἑαυτων] *per se*, i. e, *suo instinctu et opera*. Alias *ἐφ' ἑαυτε apud se*, *suis in finibus*, Epist. c. 34. Porro signif. *sponte*.

ζωα γινονται] Perizon. vult legi *γινεται*; notissimum enim, Graecos sexcenties Verbum singulare cum Plurali Substant. Neut. gen. iungere, v.c. infr. III, 19 in. Xen. Cyr. IV, 1. 2. Non iniuria tamen doct. Kuhnio id non opus esse hic videtur. Nam non omnino insolens est atticis scriptoribus Neutri plur. adiungere Verbum eiusdem Numeri. Cf. Fischer. animadvv. ad Weller. p. 306.

ὑποστρεψασαι] V. init. huj. c.

βρεφη] Βρεφος tam de humana, quod tamen vsitatius, quam de aliorum animalium subole dicitur.

κινεμενας] *qui se iam mouent*, vt faciunt pulli, modo ouis

Digitized by Google

ΚΕΦ. Ζ'.

Περὶ ἀγρίων συῶν.

Ἦσαν ἄρα οἱ σῦς οἱ ἄγριοι ἰατρικῆς οὐκ ἀπαίδευτοι, καὶ θεραπείας ἅμα. οὗτοι γοῦν, ὅταν αὐτοὺς λαθόντες, ὑοσκυάμου φάγωσι, τὰ ἐξόπισθεν ἐφέλκουσι παρειμένως ἔχοντες οὕτως ἑαυτῶν. εἶτα σπώμενοι, ὅμως

ouis exclusi, et omnia, vitam nacta. Sic et de flumine Herodian. VIII, 4. non longe ab init. Sed et quemadmodum hic pulli, sic semina plantarum, quum germinare incipiunt, similiter prorsus κινεῖσθαι dicuntur; quare nescio, cur το κινουμενης offendat Cupernm qui vult γινομενους. Post νεοττους Io. Kuhn. inseri vult και: non male; nisi vertas: *et pullos, qui se iam mouent, deducunt, si ipsas illi sequi possunt.* Praetulerim tamen το και.

Ιατρικης] Vid. cap. 2. in. Ceterum non male Vir. doct. in observ. miscell. I. ordinem verborum, in Mstis varie mutatum, ita constituit: Η. α. ὁ. σ. ὁ. α., ιατ. ἅμα κ. θ. ουκ απαιδ. Hunc enim ordinem in partic. ἅμα και (ita, vt ἅμα praecedat) Graeci fere seruare amant.

αὐτους λαθοντες φαγωσι] Λανθανειν, *latere, ignorari* cum ἑαυτον significat *sui*, s. *sui muneris obliuisci, nescire, inscium aliquid dicere, agere* etc. Sic infr. XIV, 13. Xen. Mem. S. II, 3. 11. Porro plerumque c. Participio alius Verbi coniunctum reperitur, vbi tunc Verbum λανθ. per Aduerbium *clam*, vel per *imprudens*, vel per Verbum *ignoro*, *non animaduerto* explicatur, v. c. ελαθεν ὑπεκφυγων, *clam aufugit.* Xen. M. S. I, 2. 34. ὁπως μη λαθω τι παρανομησας, *ne qua in re inscius peccem.* Item noster l. c. λεληθας σεαυτον αφανιζων, *non animaduertis te tollere.* Contra etiam Participium Verbi huius cum alio Verbo finito reperitur, vt h. l. it. Aesch. Dial. Socr. 3. p. 39. ed. Fisch. ειτα λαθων ὑπεισηλθε το γηρας, Herodian. II. c. 14. Thucyd. I. c. 65.

ὑοσκυαμου] sc. τι, quod saepissime, subintelligendum; v. infr. c. 32 med. Sic Aristoph. Plut. 870. η των πονηρων ηδα, και τυχωρυχων (sc. τις) εκ των, κ. τ. λ. Vid. Bos. ellips. 91. p. 267.

τα εξοπισθεν] sc. μερη, partes posteriores; pedes posteriores et caudam attrahunt. Sic I, 18. τα περι τους ωμους. Vid. Bos. p. 165.

παρειμενως εχ. ουτ. ἑαυτ.] *ac sic remisse se habent.* Multo tamen saepius ἑαυτου omissum ac intelligendum est in constructionibus Verbi εχειν cum Adverbio v. Bos. p. 78. it. ind. v. εχειν.

σπωμενοι] sc. ἑαυτους κατα τα εξοπισθεν, *extrahentes, remitten-*

Digitized by Google

ὅμως ἐπὶ τὰ ὕδατα παραγίνονται, καὶ ἐνταῦθα τῶν καρκίνων ἀναλέγουσι, καὶ ἐσθίουσι προθυμότατα. γίνονται δὲ ἔτοι τῇ πάθες φάρμακον, καὶ ἐργάζονται ὑγιεῖς αὐτὲς αὖθις.

ΚΕΦ. Η'.

Περὶ Φαλαγγίε.

Φαλάγγιον ἐλάφοις τεσσῆτόν ἐσι κακὸν, ὅσον καὶ ἀνθρώποις. καὶ κινδυνεύουσιν ἀπολέσθαι διαταχέων. ἐὰν μέντοι κιττῖ γεύσωνται, ἐλύπησεν αὐτὲς τὸ θῆγμα ἐδέν. δεῖ δὲ εἶναι τὸν κιττὸν ἄγριον.

ΚΕΦ. Θ'.

Περὶ λέοντος νοσῆντος.

Λέοντα δὲ νοσῆντα τῶν μὲν ἄλλων ἐδὲν ὀνίνησι· φάρμακον δέ ἐσιν αὐτῷ τῆς νόσε, βρωθεὶς πίθηκος.

ΚΕΦ. Ι'.

Πῶς αἱ βεβλημέναι ἐν Κρήτῃ αἶγες θεραπεύονται.

Οἱ Κρῆτές εἰσι τοξεύειν ἀγαθοὶ, καὶ ἓν καὶ τὰς αἶγας βάλλουσιν ἐπ' ἄκροις νεμομένας τοῖς ὄρεσιν. αἱ δὲ

mittentes membra posteriora, quae attraxerant.

των καρκινων] sc. *τινα*, vid. supra.

Φαλαγγιον] genus aranei, crurum longitudine sic nominati. Vid. infr. XIII, 35. et Plin. h. nat. VIII, 27. XXIX, 4.

κιττα] sc. *τι*; v. sup. c. 7. De hedera v. ad Theocr. I, 29. ed. Harl.

ελυπησεν] i. e. *nocuit, malum* v. *damnum dedit*; sic hist. anim. IV, 23. Xen. Mem. S. I, 6. 6.

Λεοντα δε] Aelianus sic cum *δε* solet ea capita ordiri, quae aliquam argumenti similitudinem cum antecedenti habent capite; v. c. I, 11 et 12. II, 36 et 39. s. Geterum vid. Nostr. hist. an. V, 39. Plin. hist. nat. VIII, 16.

Οι Κρητες] Veteres incolas insulae Cretae, (quae nunc *Candia* dicitur,) nobilissimos fuisse sagittarios, inter omnes constat.

τοξευειν αγαθοι] sc. *τε*. *Agathos* inter plures alias potestates

δὲ βληθεῖσαι παραχρῆμα τῆς δικτάμνου βοτάνης διέτραγον, καὶ ἅμα τῷ γεύσασθαι, ὅλαι ἐκεῖναι τὰ βέλη ἐκπίπτει.

ΚΕΦ. ΙΑ'.

Ὅτι μαντικοὶ οἱ μῦες.

Ἦσαν δ' ἄρα μαντικώτατον ζώων καὶ μῦες. γηρώσης γὰρ οἰκίας ἤδη καὶ μελλούσης καταλιαθάνειν, αἰθάνονται πρῶτοι· καὶ ἀπολιπόντες τὰς μυωπίας τὰς

tes etiam *peritum* significat. Sic Xen. Cyrop. I, 5. 10 med. ἀγαθὸς γεωργός. Hom. Il. γ. 237. πυξὶ ἀγαθόν, pugilandi peritum.

ἅμα τῷ γεύσασθαι] Ἅμα tum Dativo Nominis, Cyr. I, 2. 4. ἅμα τῇ ἡμέρᾳ, *cum prima luce*, vbi intell. σὺν. Hom. Il. γ. 1. tum Infinitiuo adiungitur; quo in posteriori vsu significat *simul ac*, *vt primum*. Herodian. III. c. 2. §. 9. ὁ Σεβῆρος ἅμα τῷ βασιλεὺς ἀναδεχθῆναι, — διὰ φρονιτίδος ἐχε κ. τ. λ. *Seuerus, simulatque imperator creatus est* — curavit etc. Tum cum vno vel duplici Participio iungitur, ἅμα πορευομένοις, Xen. Cyrop. III, 3. 59. in. it. Aeschin. dial. II, 11. Construitur etiam ἅμα cum μεν — δὲ v. c. Isocr. paneg. c. 1. ed. Mor. et τε — καὶ. It. vid. infr. c. 34 med. II, 44 med. De re vid. Plin. VIII, 27. XXV, 8. Aristot. hist. an. IX, 6.

Μαντικωτατων ζωων] Lugd. μαντικωτατοι των ζωων, sed praefert Periz. vulgatum, qui etiam ἤδη post μελλησης vult. Ceterum idem de muribus et mustelis tradit noster hist. an. XI, 19. et exemplum adiicit, non aedificii tantum, sed totius vrbis, Helices, desertae ab his animalculis quinque diebus ante, quam vrbs illa terrae motu concideret plane et in profundum mergeretur. Vid. Plin. VIII, 28. Cic. ad Att. XIV. ep. 9.

μελλησης] Verbum μελλειν praeter significationem cunctandi Futuro exprimendo servit et vel Praesenti, vel Aoristis, vel Futuro Infinitiui iungitur, v. c. cap. seq. et III, 32 med. Xen. Cyr. I, 6. 23. in. Saepe Infinitiuus intelligendus est. Xen. Oec. 18. §. 1. ὅτι μεν γε τεμνειν τον σιτον δει οἶδα; Resp. alter; τι δ' ἐμέλλω; sc. εἰδεναι. Simil. v. Xen. hist. gr. IV, 3.

πρωτοι] pro πρωτον, f. πρωτως, Adiectiuum pro Aduerbio, frequentissimum est ap. Nostrum et ap. alios auctores. Latini etiam id imitantur.

Digitized by Google

τὰς αὐτῶν καὶ τὰς ἐξ ἀρχῆς διατριβὰς, ᾗ ποδῶν ἔχουσιν, ἀποδιδράσκουσι, καὶ μετοικίζονται.

ΚΕΦ. ΙΒ'.

Περὶ μυρμήκων.

Ἔχουσι δὲ καὶ οἱ μύρμηκες, ὡς ἀκούω, μαντικῆς τινα αἴσθησιν. ὅταν γὰρ μέλλῃ λιμὸς ἔσεσθαι, δεινῶς εἰσι φιλόπονοι πρὸς τὸ θησαυρίσαι, καὶ ἑαυτοῖς ἀποταμειώσασθαι τοὺς πυροὺς, καὶ τὰ λοιπὰ τῶν σπερμάτων, ὅσα μυρμήκων δεῖπνόν ἐστι.

ΚΕΦ. ΙΓ'.

Περὶ Γέλωνος.

Ὁ Συρακούσιος Γέλων ὄναρ ἐβέβλητο κεραυνῷ, καὶ διὰ τοῦτο ἐβόα, οὐκ ἀμυδρὸν, οὐδὲ ἀσθενὲς, ὡς ἐν ὀνείρῳ,

τας εξ αρχης] sc. ουσας αὐτοις, v. ad cap. 1 extr.

ᾗ ποδων εχουσιν] *quantum pedibus valent* i. e. *pro sua celeritate.* Sic I. c. 32. in. et II, 44. vbi vid. plura. Integra esset locutio: τῃ αριστῃ ὁδῳ, ᾗ περι ποδων, vel ᾗ κατα ποδων δυναμιν ἑαυτους εχουσι, v. sup. c. 6. in. Sic. Xen. hist. gr. IV, 5. 15. ὡς ταχυς ἑκαστος ειχε, *quam celerrime quisque potuit*, it. II, 1. 9 extr. Vid. Bos. ell. p. 77. ff.

Δε και] Vid. ad c. 4. in.

μαντικης τινα αισθησιν] Iniuria vir quidam emendat μαντικην, quoniam αισθησις μαντικης sc. τεχνης, (vid. cap. 2 in.) pro cognitione artis non bene sit graecum. Sed recte respondet Perizonius. Graecos in hac loquendi formula μαντικης αισθησιν εχειν, non τεχνης, sed δυναμεως intelligere.

μελλῃ εσεσθαι] Vid. cap. sup.

αποταμειωσασθαι] Verbum iam ab H. Stephano in Thes. gr. l. reiectum, pro quo rectius ταμιευσασθαι legendum videtur.

δειπνον] δειπνειν Cod. Lugd. non male, si construas, ὅσα δειπνειν εστι μ. Sed non sufficere recte monet cel. Kuhn. vnius codicis auctoritatem, nec interesse, quod ad sententiam loci, vtrum praeferas.

Γελων] tyrannus huius vrbis siculae; nam plures fuerunt Gelones. Noster vero vixit circa Ol. LXXII. Vid. etiam hanc historiam ap. nostr. h. an. VI, 62.

οναρ] sc. κατα, cum quo licet iunctum reperiatur, ellipsis tamen longe vsitatior est, Sic infr. XII, 63 extr. vt ipse Stephanus notat. Videtur igitur illud κατα a manu et errore librariorum esse additum.

ἀμυδρον] *voce obscura, exili.* Hesych. αμυδρα· τα ασθενεστερα.

ὀνείρῳ, ἀλλ' ἀνδρικῶς, ἅτε δεινῶς ἐκπλαγεὶς ὑπὸ τῆ δέους. ὁ δὲ κύων, ὅσπερ ἓν αὐτῷ παρεκαθεύδειν, ἐκ τῆς βοῆς διεταράχθη, καὶ περιβὰς αὐτὸν, ὑλάκτει πάνυ σφοδρῶς ἀπειλητικὸν, καὶ σύντονον. καὶ ἐκ τούτων ὁ Τέλων ἅμα τε ἀφυπνίσθη, καὶ τῆ δέους ἀφέθη.

ΚΕΦ. ΙΔ'.

Περὶ Κύνος.

Λέγει Ἀριστοτέλης τὸν κύνειον καλλίπαιδα εἶναι, καὶ πολύπαιδα. ἔχειν γε μὴν καὶ θυμόν. πολλάκις γὰρ εἰς ὀργὴν καὶ μάχην προελθόντες, καὶ ἀλλήλοις ἀπέπλε-

ρω. Ἀμυδρὸς· σκοτεινός. Suid. ἀμυδρῶς· σκοτεινῶς, λεπτῶς, ἀσαφῶς.

ὅσπερ ἐν αὐτῷ] Mſſ. ὥσπερ ἓν αὐτῷ, vt forte propter eum dormiebat. Sic XII, 1. ὡσπερ μαλιστα, vt quam maxime.

πανυ σφοδρως] Vid. cap. 2.

ἀπειλητικον καὶ συντονον] i. q. ἀπειλητικως καὶ συντονως, minacitor et vehementer, vt ante ἀμυδρον pro ἀμυδρως, Adiectivum pro Aduerbio, vt ſaepiſſime; vid. c. 11. πρωτοις pro πρωτον.

Ἔχειν γε μὴν καὶ θυμον] Non male Mſ. Lugd. legit θυμε, vt ſubaudias τι, de qua ellipſi vid. ad cap. 7 et 11 extr. It. exempla ap. Vig. p. 50. ibique Zeun. Quibus adde Noſtr. hiſt. an. II, 32 et infr. II, 17. X, 21 extr. Inprimis vero frequens eſt haec conſtructio cum τῳ ἐχειν, additis Aduerbiis; cuius vid. exempla in ind. v. ἐχειν, et Vig. 242. vbi plura Hoogev. et Zeun. Semper intell. περι vel ὑπερ. Saepe etiam ſimilis ellipſis Nominatiui τινες ante Verbum finitum occurrit, Actor. 20, 16. συνηλαθον δε καὶ των μαθητων etc. ſc. τινες. Ariſtoph. Nub. 1126. καὶν γαμῃ ποτ' αὐτος, ἢ των ξυγγενων, ἢ των φιλων, ſc. τις. Sic Horat. III. od. 13. v. 13. *Fies nobilium tu quoque fontium.* Imo et cum praep. ex. Ioan. 16, 17. εἰπον ἐν ἐκ των μαθητων αὐτε, ſc. τινες.

γε μὴν] *attamen*, vbi γε limitat laudem praecedentium et μὴν aduerſatiuum ſignificat, aliquid huic laudi opponi. Simile quid in ſequentibus reperitur.

γαν] ſaepiſſime adhibetur in proferendis exemplis ad illuſtrandam ſententiam antecedentem v. c. IV, 8 in. Nam γε reſtringit rem generalem in ſpecialiorem i. e. in exemplum, quod ἐν affirmat. Vertas: *certe quidem*, vel, ſi mavis, *nam*. Simile exemplum v. I, 30. in.

Digitized by Google

ἀπέκλεισαν οἱ κύκνοι. λέγει δὲ ὁ αὐτὸς, καὶ μάχεσθαι τοὺς κύκνους τοῖς ἀετοῖς, ἀμύνασθαί γε μὴν αὐτοὺς, ἀλλ' οὐκ ἄρχειν ἀδίκων. ὅτι δὲ εἰσὶ φιλῳδοὶ, τοῦτο μὲν ἤδη καὶ τεθρύλληται. ἐγὼ δὲ ᾄδοντος κύκνου οὐκ ἤκουσα, ἴσως δὲ οὐδὲ ἄλλος. πεπίστευται δ' ἔν, ὅτι ᾄδει, καὶ λέγασί γε, αὐτὸν μάλιστα ἐκεῖνον εἶναι τὸν χρόνον εὐφωνότατόν τε, καὶ ᾠδικώτατον, ὅταν ᾖ περὶ τὴν καταστροφὴν τοῦ βίου. διαβαίνουσι δὲ καὶ πέλαγος, καὶ πέτονται καὶ κατὰ θαλάσσης, καὶ αὐτοῖς ὁ κάμνει τὸ πλεῖον.

ΚΕΦ.

ἀπεκλεισαν οἱ κυκνοι] Mss. Mediceï, Sluisk. et Lugd. articulum οἱ omittunt. Ceterum vid. Aristot. hist. an. IX, 12. Plin. X, 23.

ἀρχειν ἀδικων] In hac locutione, Graecis vsitata, (vid. et Nostr. hist. an. XVII, 24.) subintelligere licet χαρων, quod infr. XI, 9 med. additur; *iniustis manibus incipere, gerere rem.* Pro χαρων Herodot. I, p. 3. εργων ponit. Quo iure igitur Perizonius hanc ellipsin τω χαρων expleri posse voluerit negare? Ceterum simile quid est Aristoph. Av. v. 1595. ἠρξαμεν πολεμιν, *initium bellandi fecimus.*

πεπιστευται αν] *receptum est igitur, persuasum vulgo.* Vult enim dicere, rem non esse exploratam, sed tantum incerta fide niti. Sic hist. an. II, 32. et infr. XII, 1. πεπιστευτο γαρ δη, ὁτι κ. τ. λ.

ευφωνοτατον τε και ᾠδικ.] Sic Mss. Lugd. pro vulg. vbi τε omittitur.

την καταστροφην του βιου] Finis vitae, qui *senio* exoritur, vnde infr. VI, 12. med. καταστρεψε τον βιον γηρους, *senex finit vitam*; it. VIII, 17 fin. γηρος καταστρεψιν του βιου.

ὁταν η περι την] *Quando versatur circa exitum vitae.* Sic vsurpatur Verbum γιγνεσθαι cum περι, v. c. Ceb. νυν δε περι την μυθολογιαν γενωμεθα, *nunc versati sumus in fabula exponenda.* Dicitur etiam vtrumque Verbum cum εν. Nostr. IV, 8. επει δε εν τουτοις ην, *quum in ea re versaretur.* Magis tamen respicitur in loco nostro ad momentum temporis non plane definitum.

διαβαινουσι] Obseruetur translatus a Singulari ad Pluralem. Similem Enallagen vid. Arist. Plut. v. 330. 1. it. Xen. Hieron. 4. §. 2. cap. 5 fin. Hom. Il. γ. v. 279. Etiam Latinis hoc vsitatum est, v. c. Terent. Eun. I, 2. 88.

Digitized by Google

ΚΕΦ. ΙΕ΄.

Περὶ περιστερῶν.

Ἐκ διαδοχῆς φασιν ἐπωάζειν τὰς περιστερὰς· ἔστω τῶν νεοττῶν γενομένων ὁ ἄρρην ἐμπτύει αὐτοῖς, ὡπελαύνων αὐτῶν τὸν φθόνον, φασὶν, ἵνα μὴ βασκανθῶσι, διὰ ἄρα τοῦτο. τίκτει δὲ ὠὰ δύο ἡ θήλεια, ὧν τὸ μὲν πρῶτον, ἄρρεν ποιεῖ πάντως, τὸ δὲ δεύτερον, θῆλυ. τίκτουσι

Ἵνα μὴ βασκανθῶσι, διὰ ἄρα τοῦτο] Locus vexatissimus, et varie tentatus ab eruditis, licet nil mutent Mssti. Recte etiam Io. Kuhn. censuit nihil mutandum. Melius autem hoc viro Perizonius rem expedire videtur, et distinguere omnino post βασκανθῶσι, atque construere: ἐκπλαυνων (απ') αυτων τον φθονον, διὰ ἄρα τοῦτο sc. το εμπτυειν. Plane vti Athen. IX, 11. De nostro loco ipse agit ad Sanct. Minerv. p. 543. 4. vbi plura exempla interruptae constructionis reperies, quibus adde Ioan. apoc. 13, 8. 17, 8. Act. 23, 31. s. Frequentia talia ap. Comicos sunt. E. g. Terent. Adelph. *Tu illas abi, et traduce.* Etsi vero denique Periz. de necessitate distinctionis et interruptae constructionis hic loci dubitat et putat, illa: ἵνα μ. β. δ. α. τ. etiam coniunctim accipi posse, ita, vt διὰ ἄρα τ. non referatur ad solum βασκ. sed ad vtrumque simul, μὴ β., priori tamen sententiae eius adhaerere malim, et facere cum Hoogev. ad Partic. gr. l. p. 80 s. edit. Schütz. Auctorem enim, puto, si voluisset eam sententiam exprimere, quam Periz. praeferendam arbitratur, alium verborum ordinem exhibuisse et aut ita fere dixisse: ἵνα ἄρα μὴ β. διὰ τοῦτον (pro τοῦτο, vt etiam Conr. Gesner non male coniecerat,) aut ἄρα plane omisisse et διὰ τοῦτον legisse. Tunc etiam locus XIV, 20. μὴ βασκήνας διὰ φιλανθρωπίαν γενόμενος καὶ ἄλλον propter suum simpliciorem ordinem eum hoc melius conueniret, vbi ἄρα non magis legitur. Ἄρα vero, vt monet Periz. solet ita poni in extremis periodi, vel ornatus gratia, vel ad significandum *scilicet*, *nempe*. Recte, at non semper hoc fit. Vid. infr. II, 13. init. Xen. Cyr. I, 3. 8 in. Et quod vila particula ob solum ornatum, non respecto sensu, ab vllo auctore vsurpari creditur, merito dubitatur ab Hoogev. et Zeunio in multis locis. — De superstitione *inspuendi* et *despuendi* vid. etiam Petron. p. 179. ed. Wechel. ibique interpr. Superstitiosis enim hominibus solemne erat, ter ad auerruncandam deorum inuidiam in sinum spuere. Notauit morem hunc Theophr. char. 16. vbi v. Casaub.

Digitized by Google

τίκτεσι δὲ οὐ περιστερὰ κατὰ πᾶσαν ὥρην τοῦ ἔτους· ἔνθεν τοι καὶ δεκάκις τοῦ ἔτους ὠδίνουσι. λόγος δέ τις περίεισιν Αἰγύπτιος, λέγων, δωδεκάκις τὰς ἐν Αἰγύπτῳ τίκτειν. λέγει δὲ Ἀριστοτέλης καὶ διάφορον εἶναι τῆς περιστερᾶς τὴν πελειάδα· τὴν μὲν γὰρ περιστερὰν εἶναι μείζονα, τὴν δὲ πελειάδα βραχυτέραν, καὶ τὴν μὲν περιστερὰν τιθασσὸν εἶναι, τὴν δὲ ἄ. λέγει δὲ ὁ αὐτὸς, μὴ πρότερον ἐπιβαίνειν τὸν ἄῤῥενα τῇ θηλείᾳ πρὶν ἢ φιλήσει αὐτήν· μὴ γὰρ ἀνέχεσθαι τὰς θηλείας τὴν τῶν ἀῤῥένων ὁμιλίαν, τοῦ φιλήματος ἔρημον. προστίθησι τούτοις καὶ ἐκεῖνα, ὅτι καὶ αἱ θήλειαι ἀλλήλαις ἀναβαίνουσιν, ὅταν τῆς πρὸς ἄῤῥενα μίξεως ἀτυχήσωσι. καὶ ᾠδὴν μὲν εἰς ἀλλήλας προΐενται, τίκτουσι δὲ ὠὰ, ἐξ ὧν νεοττοὶ ἀ γίνονται αὐτοῖς. εἰ δέ τι Καλλιμάχῳ χρὴ προσέχειν, φάσσαν, καὶ πυρραλίδα, καὶ περιστερὰν, καὶ τρυγόνα, φησὶ, μηδὲν ἀλλήλαις ἑοικέναι. Ἰνδοὶ δέ φασι λόγοι, περιστερὰς ἐν Ἰνδοῖς γίνεσθαι μηλίνας τὴν χρόαν.

δεκάκις] Addit Athen. καὶ ἐνδεκάκις, quod h. l. excidisse putat Scheff.

ἐν Αἰγύπτῳ] V. Aristot. hist. an. VI, 4.

δὲ Ἀριστοτέλης] Lugd. leg. Λέγει δὲ καὶ Ἀρισ.

τὴν πελειάδα] Baxter. et Fischer. ad Anacr. od. IX in. πελειὰς et πέλεια proprie columba agrestis minor, furua est, a πέλος, vel πέλειος, quod veteribus Graecis pro pullo erat. V. Aristot. hist. an. V, 13. Nonnunquam tamen est generis vocabulum, idem significans, quod περιστερά. Hesych. πέλειαι· περιστεραί. Sic Noſtr. IX, 2.

Aelian.

πρὶν ἢ — φιλήσει] Faber φιλήσῃ. Kuhn. φιλήσειν vel φιλήσαι. Iunguntur tamen illae Particulae aliquando etiam Indicatiuis, vt V, 6. med. πρὶν ἢ — διελυθη, it. V, 18. et Demosth. adu. Lept. p. 486. πρὶν ἢ ἐλυσε.

γίγνονται αὐτοῖς] Fab. αὐταῖς. Nam dicuntur haec vtique tantum de femellis, quae, a masculis destitutae, se mutuo consciscendarent.

φάσσαν] Φάσσα, columbae genus. Hesych. Φασσοφόνῳ· — εἰσὶ δὲ (φάσσα) εἶδος περιστερᾶς ὑπὸ τὴν τρυγόνα. Vid. infr. XIV, 14 extr.

Ἰνδοὶ λόγοι] Substantiuum Nomen nationis pro Adiectiuo.

Digitized by Google

χρόαν. Χάρων δὲ ὁ Λαμψακηνὸς περὶ τὸν Ἄθω φα νῆναι περιστερὰς λευκὰς λέγει, ὅτε ἐνταῦθα ἀπώλοντο αἱ τῶν Περσῶν τριήρεις, περικάμπτουσαι τὸν Ἄθω. ἐν Ἔρυκι δὲ τῆς Σικελίας, ἔνθα ἐστὶν ὁ τῆς Ἀφροδίτης νεὼς, σεμνός τε, καὶ ἅγιος, ἔνθα κατά τινα καιρὸν θύουσιν οἱ Ἐρυκινοὶ τὰ Ἀναγώγια, καὶ

Χάρων δε ὁ Λαμψακ.] Charon antiquissimus est scriptor, prior Herodoto; vixit quippe temporibus Darii Hystaspidae et Xerxis. Vid. Dion. Halic. epist. ad Pompeium, vt et Suid. Ceterum Msti regg. b. c. et Lugd. nouum hic faciunt caput, titulo nouo: περι λευκων περιστερων. Perperam, sententia Perizonii.

περικάμπτουσαι] Sic et vterque Med. Sluisk. et Lugd. pro vulg. παρακαμπτουσαι· v. sup. c. 1. fin. — Actiuum pro Passiuo vel Med. vt in pluribus Verbis vsitatum, v. c. ἁλισκειν, *capi*; στρεφειν, *verti*; αυξανειν, *crescere*, *augeri*; μεταβαλλειν, *mutari*; αναλαμβανειν, *recreari*; απαλλαττειν, *liberari*; v. Bos. ell. verb. ἑαυτον, quod subintell. — Accidit haec clades Persis tempore Darii Hystaspidae, vid. Herodot. VI, 44. et VII, 21.

τον Αθω] Promontorium Macedoniae notissimum in peninsula, quam faciunt sinus Strymonius, et Singiticus, situm, hodie sub nomine *montis sancti* et propter plura monasteria notum, vid. et ad IX, 10. Ceterum notum est ex Herodot. I. c. 138. Persas abominari albas columbas, aeque ac leprosos, easque, vt Soli invisas, finibus pellere. Proinde tum quoque, cum circa Athon visae sint, aduersa omnia Persis denuntiarunt.

εν Ερυκι] Ms. Lugd. regg. b. c. εν ερυκινῃ. Similiter Herodot. εἷλεν αν την Ερυκινην χωρην. Retinent tamen Kuhn. et Periz. vulgatam, ac recte; intelligitur enim hic mons. Ερυξ, mons Siciliae cum templo Veneris, de quo vid. Nostr. hist. an. X, 50. Ceterum Serv. ad Virg. Aen. I. *Eryx veneris et Butae filius fuit, qui, occisus ab Hercule, monti ex sepultura nomen imposuit, in quo matri fecerat templum*, quod Aeneae adscribit poeta.

τα Αναγωγια] Sacrificia, quae diis offerebantur, qui pristinas sedes reuisunt; quia credebantur nunc in hac, nunc in alia vrbe maxime praesentes esse, Spanh. ad Callim. in Apoll. v. 13. Inde quoque illud genus hymnorum ortum est, qui αποπεμπτικοι s. αποδημητικοι vocabantur, quippe qui in deorum emigrationes scribebantur, argumento a provincia siue vrbe, quam relinquere credebantur, desumto, adiectisque in fine precibus, vt suo tempore redire pristinisque sacris denuo propitii adesse velint. Vid. Paus. Attic. Nostr. hist. an. X, c. 50. IV, 2.

Digitized by Google

καὶ λέγεσι τὴν Ἀφροδίτην εἰς Λιβύην ἀπὸ τῆς Σικελίας ἀνάγεσθαι, ἀφανεῖς ἐκ τοῦ χώρου αἱ περιστεραὶ γίνονται, ὥσπερεῖν τῇ θεῷ συναποδημοῦσαι. κατὰ γε μὴν τὸν λοιπὸν χρόνον πάμπολύ τι πλῆθος τῶνδε τῶν ὀρνίθων ἐπιπολάζειν τῷ ναῷ τῆς θεοῦ ὁμολογῆσαι. Ἀχαϊκοὶ δὲ αὖ πάλιν λέγουσι λόγοι, καὶ τὸν Δία αὐτὸν μεταβαλεῖν τὴν μορφὴν εἰς περιστεράν, ἐραθέντα παρθένου, Φθίας ὄνομα. ἐν Αἰγίῳ δὲ ᾤκει ἡ Φθία αὕτη.

ΚΕΦ. Ιϛ'.

Περὶ Σωκράτους, ὅτε τὸ κώνειον ἔπιεν.

Ὅτε ἦκεν ἡ ναῦς ἡ ἐκ Δήλου, καὶ ἔδει Σωκράτην ἀποθνήσκειν, ἀφίκετο εἰς τὸ δεσμωτήριον Ἀπολλόδω-

ρος,

παλιν] v. ſup. c. 2.

ἐραθεντα] Perf. Paſſ. pro Activo ſaepiſſime reperitur, v. c. διελεχθην, *diſſerui*; ἰαθεις, *curans*; ἐθεαθην, *contemplatus ſum*.

Αἰγιῳ] *Aegion*, erat vrbs Achaiae, v. Strab. VIII. Αἰγιον ἐξ ἑπτα η ὀκτω δημων συνεπολιδη. De Phthia vid. Statius Theb. IV. Polyb. hiſt. II. p. 179.

κωνειον] potus, ſuccus ex herba cicutae, piſtillis expreſſus. Athen. III. διὰ το φυεσθαι εν τοπῳ Ακονας καλεμενῳ, ουτι περι την Ἡρακλειαν.

Ὅτι ἦκεν] Nauis haec quotannis mittebatur ab Athenienſibus Delum, ſacrorum Apollinis cauſa, in memoriam Theſei, (qui in Creta Minotaurum interfecerat et Apollini haec ſacra Delia vouerat, ſi ipſe ſaluus Athenas rediiſſet,) ex Labyrintho Cretico Ariadnis ope liberati. Res ipſa ſatis eſt nota. Ante reditum huius nauis nemo morte mulctari poterat. Nauis ipſa appellabatur Θεωρις, *Delias* et *Salaminia*, totaque legatio et pompa Θεωρια. De haç re vid. Plat. Criton. c. 1. et Phaed. init. Xen. Mem. S. III, 3. 12. et IV, 8 2. ibique Erneſt. et Zeun. Valkenaer ad Ammon. p. 92. Thucyd. III. c. 104. Suid. in v. Θεωρις et Spanh. ad Callimach. hym. in Del. p. 369. 553. ff. Damnatus autem Socrates a populo paullo poſt eiectos XXX tyrannos, et quidem ita, vt ſuffragiis 181. (ſecundum alios tantum 3. Plat. Apol. p. 14.) illi, qui damnabant, vince-

Digitized by Google

ρος, ὁ τῦ Σωκράτες ἑταῖρος, χιτῶνά τε αὐτῷ φέρων ἐρίων πολυτελῆ, καὶ εὐήτριον, καὶ ἱμάτιον τοιῦτο· καὶ ἠξίε ἐνδύνται αὐτὸν τὸν χιτῶνα, καὶ ἱμάτιον περιβαλλόμενον, εἶτα ἔτω πιεῖν τὸ φάρμακον. ἔλεγε γὰρ αὐτῷ, καλῶν ἐνταφίων μὴ ἀμοιρήσειν, εἰ ἐν αὐτοῖς ἀποθάνοι· καὶ γὰρ ἔν καὶ προκεῖθαι σὺν τῷ κόσμῳ τὸν νεκρὸν ἐ πάνυ τι ἀδόξως. ταῦτα

vincerent eos, qui ipsum absoluebant. Ceterum vid. Excurs. de Socrate.

Ἀπολλόδωρος] Auditor et amicus Socratis, homo, non quidem insigni prudentia ingenioque, vnde et ap. Xenoph. Apol. S. p. 112. ed. Bach. εὐηθης dicitur; sed tamen optimo instructus animo, et qui doctorem suum, si quis alius, sincerrime maximoque ardore amplexus est, eique adhaesit. Ceterum de hoc eius amore vid. Plut. symp. 2. Xen. Mem. S. III, 11. 17. ej. Apologia.

εὐητριον] *bene textum*, ab ητριον, *stamen;* Grammatici explicant pro ευυφης.

ἱματιον] pro το ἱματιον. Χιτων erat subucula, vestis interior, ἱματιον, velamen, vestis exterior, toga.

περιβαλλόμενον] Periz. mavult περιβαλομενον. Recte, vt mihi videtur.

καλων ενταφιων] Ενταφια pr. sunt ornamenta, quibus ornatum cadauer in atrio collocatur, effertur, crematur. Sed et, quia solebant etiam morituri se ornare, hinc factum, vt et ea, in quibus quis moritur, hoc vocabulo designentur. Sic III, 24 med. IV, 8 med. Vid. Cuper. Obsservv. pag. 212. s. de h. v.

καὶ γὰρ ἔν καὶ] Ουν, quod pr. est Particula conclusiua, saepe affirmatiuam potestatem, ex illa ortam, accipit, augetque alteram causalem τε γαρ. Καὶ posterius significat, adhuc aliud quid praecedentibus addi. *Mortuum enim etiam cum hoc ornatu funebri sane non iri propositum fine vllo plane honore.*

ἐ πάνυ τι] Τι, negationibus additum, auget; v. c. οὐδεν τι, *plane nihil.* Sic τις, XIII, 1 med. Xen. Cyr. I. p. 2. ἐ πανυ τι ασφαλες, *minime tutum.*

προκεῖθαι] Gesn. Fabul. et Io. Kuhn. malunt προκεισεσθαι. Forsan vere, Periz. sententia, propter praec. αμοιρησειν. Ceteroquin enim Praesens saepe pro Futuro ponitur, enallage valde vsitata. Sic X, 9. vbi πωλειν αυτην τον καπ. pro πωλησειν. Aristoph. Plut. 222. τι δρω, λεγε. Xen. Symp. I, 15. M. S. I, 1. 6. μαντευομενος εκεμπεν, απ. pro μαντευσομενος. Multa exempla vid. ap. Zeun. ad Vig. p. 207. Latini quoque hoc more vtuntur, v. Periz. ad Sanct. Mineru. p. 67. Ceterum προκεισθαι, Io. Kuhn. monente, de mortuis dicitur, cum in lectulo compositi, pedibus versus ostium directis, in atrio propo-

Digitized by Google

τα τὸν Σωκράτην ὁ Ἀπολλόδωρος. ὁ δὲ ἐπ ἠνέχετο, ἀλλ' ἔφη πρὸς τὰς ἀμφὶ τὸν Κρίτωνα, καὶ Σιμμίαν, καὶ Φαίδωνα· καὶ πῶς ὑπὲρ ἡμῶν καλῶς Ἀπολλόδωρος ἔτω δοξάζει, ἐγὼ αὐτὸ πεπίστευκεν, ὅτι μετὰ τὴν ἐξ Ἀθηναίων φιλοτησίαν, καὶ τὸ τῆ φαρμάκε

proponuntur. Hac notione vsus est Herodian. IV, 12. §. 4. ἡ δ' εἰκὼν ἐκείνη ἐν ὀχήματι νοσοῦντος πρόκειται, et Aristoph. Aues, 473.

Ταῦτα τὸν Σώκρ. ὁ Ἀπολ.] Repete ex supp. ἠξίε. Vid. Diog. Laert. II, 35. Ceterum eodem fere modo Socrates ad Apollodorum hic, vt ap. Plat. Phaed. c. 64. ad Critonem loquitur, quare, vt plura pluribus locis, e. g. II, 37. Aelianus more suo ex mente aliquid adfinxisse videtur.

πρὸς τὰς ἀμφὶ] Οἱ ἀμφὶ f. περὶ τινα genus est loquendi, Graecis familiare et proprium, quo vtuntur triplici modo; *primum*, ac proprie dicitur de eo, qui nominatur cum suis comitibus, v. c. Actor. XIII, 13. οἱ περὶ Παῦλον sunt Paulus, Barnabas et Ioannes. Sed quod inter eos facile erat Paulus, certe de eo ibi in primis commemoratur, ideo ipse potius nominatur, quam ceteri. Xen. M. S. I. οἱ ἀμφὶ Σωκράτην. Odyss. ρ', 163. οἱ ἀμφὶ Ὀδυσῆα. Nostr. II, 13. οἱ ἀμφ' Ἀντιον. *Deinde*, nonnisi eum, qui nominatim affertur, sic h. l. it. Hom. Il. γ'. 146. οἱ ἀμφὶ Πριάμοιο καὶ Πανθοον ἠδὲ Θυμοίτην. Priamus Panthous et Thymoetes. it. ζ', 436. s. *Denique* tantum amicos atque comites ipsius, qui nominatur, intelligas, ita, vt hic excludatur, v. c. Herodian. I, 6. 22. ἐγκειμένων δὲ τῶν περὶ αὐτὸν θεραπόντων. Nostr. XII, 64 in. στασιασάντων περὶ τῆς β. τῶν περὶ αὐτὸν sc. Alexandrum. Köppen ad Hom. Il. γ', 146. οἱ ἀμφὶ τινα, ait, temporibus heroicis sunt heros eiusque ἑταῖροι; in republica, homo cum suis publice coniuratis amicisque, et apud philosophos, ipse cum suis discipulis. Cum igitur hi quasi vna persona considerari possint, hinc exoriebatur iste vsus loquendi, qui denique sola nominis circumscriptio fiebat. Quod autem Köppen putat, apud poetas Articulum ante ἀμφὶ nonnunquam omitti, hoc nonnisi tunc fieri mihi videtur, quum Casus praecessit, ad quem illud οἱ intelligendum refertur; v. c. Hom. Il. ζ', 436. vbi οἱ ἀρίστοι praecessit. IX, 81. Ceterum exempla allata et plura alia docent, etiam Articulum posteriorem post ἀμφὶ vel περὶ saepe omitti.

ἐγὼ αὐτὸ] Gesner. et Faber et cum iis Perizon. αὐτος, alii αὐτῳ. Fortasse autem plane erit reliciendum, ac ipse Periz. et Kuhn. v. cl. de huius voc. genuitate dubitare videntur.

τὴν ἐξ Αθ. φιλοτησιαν] Φιλοτησια est propinatio et inuitatio ad bibendum; potio ad contra-

πόμεθα, ἔτι ἄντως ὄψεται Σωκράτην. εἰ γὰρ οἴεται τὸν ὀλίγον ὕστερον ἐξελιμένον ἐν ποσὶ καὶ κεισόμενόν γ' ἐμὲ εἶναι, δῆλός ἐστί με ἐκ εἰδώς.

ΚΕΦ. ΙΖ'.

Περὶ τῶν σμικροτάτων τεθρίππων, καὶ ἐλεγείου.

Ταῦτα ἆρα ἐστὶ τὰ θαυμαζόμενα Μυρμηκίδου τοῦ Μιλησίου, καὶ Καλλικράτους τοῦ Λακεδαιμονίου, τὰ μικρὰ ἔργα. τέθριππα μὲν ἐποίησαν ὑπὸ μυίας καλυπτό-

contrahendam amicitiam oblata. Hesych. πρόκοσις τις μετὰ τὸ δεῖπνον ὑπὸ φίλων. — Ceterum grauissime sane dictum! Quare, quae tam grauem sententiam subsequuntur, καὶ τὰ τοῦ Φ. π., haud scio, an, vt nimis leuiter dicta, pro glossemate sint habenda.

ἔτι ἄντως ὄψεται Σωκρ.] Duplici modo τὸ ἄντως explicat Periz. priori, ita, vt ad factum illud φιλοτησίαν referendum interpretandumque sit simpliciter; *eo facto, postea*, et affert plura exempla; posteriori, per *ita*, *vt nunc videt*; quod mihi quidem magis placet; nam intelligit Socrates statum exteriorem s. sui corporis, ac dicit, parum scite philosophari Apollodorum, si credat, se visurum etiamdum Socratem hac exteriori conditione post illam potionem, quando mens eius, quae constituit ipsum hominem et Socratem, segregata fuerit ab eius corpore. Atque ita ἄντως refertur ad Socratem, non ad factum potionis.

καὶ κεισόμενον γ' ἐμὲ] Κεῖσθαι verbum solemne de mortuis, v. Theocrit. 4, 9.

δῆλος εἰ με ἐκ εἰδώς] Graecis familiarissimum est δῆλος, φανερὸς et nonnulla alia Adiectiua cum suis compositis, iungere Participiis, ita, *vt* δῆλος etc. sit cum Participio eiusdem Generis pro Neutro et ὅτι vel ὡς cum Verbo finito, vel Accusatiuo c. Infinit. Sic Demosth. pr. coron. φανεροὶ πᾶσιν ἦσαν ἀναγκαζόμενοι etc. Ergo hoc loco resoluendum est, δῆλον εἶ, αὐτὸν με ἐκ ἰδόντα.

Μυρμηκίδου τοῦ Μιλησίου] Galenus Adhort. ad art. T. I, p. 3. ed. Bas. patriam huius Myrmecidae dicit Athenas. — *Miletus*, vrbs nobilissima Ioniae, ad ostium Maeandri sita erat, Thaletis, celeberrimi philosophi, patria. Hodie ruinae huius vrbis adhuc restant, ad quas casae quaedam pastorum reperiuntur.

Καλλικράτους] Plin. h. nat. VII, 21. Callicrates ex ebore formi-

λυπτόμενα, καὶ ἐν σησάμῳ δίσιχον ἐλεγεῖον χρυσοῖς γράμμασιν ἐπέγραψαν. ὧν, ἐμοὶ δοκεῖν, ὁ σπεδαῖος δεύτερον ἐπαινέσεται. τί γὰρ ἄλλο ἐστὶ ταῦτα, ἢ χρόνε παραναίλωμα;

ΚΕΦ. ΙΗ΄.

Περὶ τρυφωσῶν γυναικῶν.

Πῶς δὲ ἃ διέρρεον ὑπὸ τρυφῆς αἱ πολλαὶ τῶν ποτε γυναικῶν; ἐπὶ μὲν γὰρ τῆς κεφαλῆς σεφάνην ἐπετίθεντο ὑψηλὴν, τὰς δὲ πόδας σανδάλοις ὑπεδοῦντο.

formicas et alia tam parua fecit animalia, vt partes earum a ceteris cerni non possent. Id. XXXVI, 6.

ὑπο μυιας καλυπ.] v. Plin. hist. nat. XXXVI, 6. s. 4. Myrmecides, cuius quadrigam cum agitatore cooperuit alis musca. Aliud exemplum v. ibid. XXXIV, 8. de Thoodoro Samio it. VII, 7. de Iliade, in nuce inclusa.

Των ποτε] Omnes Mss. τοτε. Faber coniecit των παλαι Scheff. αἱ παλαι των γυν. Sed Periz. vnica mutata tantum literula, των ποτε γυν. legit idque pluribus exemplis firmat. Ποτε enim dicitur, monente Suida, cum relatione ad nunc, in vtrumque, cum in praeteritum, tum in futurum tempus. Hesiod. Εργ. v. 633. ὃς ποτε ἦλθε, *qui olim venit.* Rom. 11, 30. Io. 9, 13. Ephes. 3, 13.

σεφανην] Graeu. ad Hesiod. Θεογ. v. 916. interpretatur limbum, s. fasciam altiorem, quae caput ambiat, vnde et loricae et murorum pinnae σεφαναι dicantur.

Σανδαλοις ὑπεδοντο] Fuerunt *sandalia*, more antiquissimo, eius maxime generis, non quo induebantur pedes, sed quo muniebantur tantum plantae pedum, ex nigro corio, intusque linteaminibus illustrata, v. Ferrar. de re vestiaria. Hinc ὑποδηματα, pr. calcei, quia subligabantur. Illud quoque obseruandum, sandalia simpliciter referri inter instrumenta luxuriae muliebris, licet alibi reperiantur in promiscuo fuisse vsu et feminis et viris, etiam plebeiis, atque adeo tribuuntur Apostolis, Marc. 6, 9. it. Act. 12, 8. Videntur tamen reuera antiquis temporibus et apud Graecos maxime fuisse propria feminis opulentioribus, quum plebeiae, sed et modestiores vterentur iisdem calceis, quibus viri. Vid. inf. VII, 11. it. Iudith. 10, 4. Habebant etiam tales feminae, prodeuntes in publicum, penes se saepe ancillas *sandali — gerulas*, v. Plaut. Tr. II, 1. 12. haud dubie, vt, quando intraverant alienas, vel suas aedes, muta-

Digitized by Google

ἐκ δὲ τῶν ὤτων αὐτοῖς ἐνώτια μακρὰ ἀπεκρέμαντο. τῶν δὲ χιτώνων τὰ περὶ τὸν ὦμον ἄχρι τῶν χειρῶν ἐ συνέρραπτον, ἀλλὰ πέρονσις χρυσαῖς καὶ ἀργυραῖς συνεχέσι κατελάμβανον. καὶ ταῦτα αὖ πάνυ παλαιά. τῶν δὲ Ἀττικῶν γυναικῶν τὴν τρυφὴν Ἀριστοφάνης λεγέτω.

ΚΕΦ. ΙΘ'.

Περὶ τῆς τῶν Συβαριτῶν, καὶ Κολοφωνίων, καὶ Κορινθίων τρυφῆς.

Ὁ μὲν δημώδης λόγος καὶ εἰς πάντας ἐκφοιτήσας λέγει, Συβαρίταις καὶ αὐτῇ τῇ Συβάρει αἰτίαν τῆς ἀπωλείας γενέσθαι τὴν πολλὴν τρυφήν. ἃ δὲ ἐκ ἔξι τοῖς πολλοῖς γνώριμα, ταῦτ' ἐγὼ ἐρῶ. Κολοφωνίοις, φασὶ,

mutarent ſordida purioribus; ſed et σανδαλοθήκας, h. e. *repoſitoria* vel inſtrumenta, vbi eas ſeruabant, et forſan ancillae geſtabant. Vid. omnino Polluc. VII, 22.

ἐνώτια μ.] Reſpicere auctorem putat Io. Kuhn. ad Romanorum *elenchos*, de quibus Plin. IX, 34. *et procerioribus* (margaretis vel vnionibus) *ſua gratia eſt, elenchos appellant, faſtigiata longitudine, alabaſtrorum figura, in plenioremorbem definentes. Hos digitis ſuſpendere, ac binos ac ternos auribus, feminarum gloria eſt.* Iuv. ſat. VI. *auribus extenſis magnos commiſit elenchos.*

Λόγος] in talibus locutionibus notat non *dictum*, ſed *hiſtoriam, fabulam*, quae vulgo fertur, v. ſup. c. 15 med.

Συβαρίταις] Sybaris, (II. 24 in not.) vrbs Magnae Graeciae ſeu partis inferioris Italiae, hodie Neapolis dictae, cuius ciues voluptati deditiſſimi erant, vnde luxuria ſybaritica varijs prouerbijs (v. c. vita ſybaritica, menſa ſyb. i. e. ſumtuoſae epulae; Sybarita per plateas, qui delicate et trepide incedit; ſybaritica calamitas; ſybaritica enim reſpublica luxuria periit, etc.) originem dedit, et vocabula (v. c. συβαριζειν, i. e. luxu et deliciis iuxta mores Sybaritarum diffluere lat. ſybariſſare; συβαριτικος, i. e. mollis, luxurioſus,) ab hoc proprio nomine formata acceperunt apellatiorum vſum et ſignificationem. Ceterum plura de Sybaritis vid. Heyn. Opuſcula acad. II, proluſ. VII — IX.

ἐξι τοις πολλοις γνωριμα] Mſſ. Sluisk. et Medicei praetermittunt τοις.

Κολοφωνίοις] Populus hic eſt gentis ionicae, quae infamis fuit ap. Graecos et Romanos nimio

Digitized by Google

φασὶ, καὶ αὐτὲς διὰ τὴν πάνυ τρυφὴν ἀπολέσθαι. καὶ γάρ τοι καὶ ἔτοι ἐθῆτι πολυτελεῖ ἐθρύπτοντο, καὶ τραπέζης ἀσωτίᾳ καὶ ὑπὲρ τὴν χρείαν χρώμενοι ὕβριζον. καὶ ἡ τῶν Βακχειαδῶν δὲ τῶν ἐν Κορίνθῳ ἀρχὴ, ἐπὶ μέγα δυνάμεως προελθοῦσα, ὅμως διὰ τὴν τρυφὴν τὴν ἔξω τοῦ μέτρου, καὶ αὐτὴ κατελύθη.

ΚΕΦ. Κ'.

Περὶ Διονυσίου συλήσαντος τὰ τῶν θεῶν.

Διονύσιος ἐξ ἁπάντων τῶν ἐν Συρακούσαις ἱερῶν ἐσύλησε τὰ χρήματα. τοῦ δὲ ἀγάλματος τοῦ Διὸς

nimio luxu. Colophoniorum autem luxuriam ſpeciatim etiam in veſtitu toto purpureo, quem illis temporibus rarum et pretioſiſſimum fuiſſe, demonſtrauit ex variis auctoribus Athen. XII. p. 526

ἐθρυπτοντο] Superbiebant enim in molliter et delicatae incedendo propter mollitiem et corporis et animi. Unde τρυφὴ infr. XIV, 30.

ὑβριζον] Ὕβρις eorum, h. e. petulantiam ſ. inſolentiam in alios ſatis declarat prouerbium Graecorum Κολοφωνία ὕβρις, quod v. ap. Eraſm. Adag. II, 1. 13. Seditiones illorum memorat etiam Ariſtot. in Polit. II. 12. Exitium vero iis obueniſſe a Lydis, ſignificat idem IV, 4. Scil. Gyges, primus Mermnadarum, rex Lydiae, eorum urbem cepit Herodot. I, 14. Et deinde iterum Alyattes, pater Croeſi, equitatu eos, quo maxime valebant, ſpoliauit et ita exſuperauit. Polyaen. VII, 2. 2.

Βακχειαδῶν ἀρχὴ] Bacchiadarum familia tunc, quando electa eſt ex urbe, per annuos magiſtratus, qui dicebantur Prytanes, ſummam poteſtatem Corinthi obtinuit, v. Herodot. V, 22.

τὴν ἔξω τοῦ μέτρου] ſic. ἐσαν.

Διονύσιος] Eſt ſenior, Syracuſar. tyrannus, cuius diffidentia, auaritia et animus pauidus formidoloſusque ex variis hiſtoriis, valde ridiculis, ſatis notus eſt.

τὰ χρήματα] Accipiendum hoc de ſacra templorum ſuppellectili, docuit Graeuius in notis ad Heſiod. ἔργ. v. 402. Et ſine dubio intelliguntur donaria quaecunque et ornamenta deorum, ex argento vel auro facta, vt liquet ex ſequentibus et ex Diod. Sic. XV, p. 465. vid. infr. notat. ad XI, 5.

τοῦ Διὸς] Eſt hic Iupiter Olympius, qui hoc nomine Syracuſis templum habuit.

τοῦ ἀγάλματος] pr. vnumquodque ornamentum, de quo quis

Digitized by Google

περιεῖλε τὴν ἐσθῆτα καὶ τὸν κόσμον, ὃς ἦν, φασὶ, χρυσίᾳ πέντε καὶ ὀγδοήκοντα ταλάντων. ὀκνούντων δὲ τῶν δημιουργῶν ἅψασθαι, ὧδε πρῶτος ἔκρουσε τὸ ἄγαλμα. καὶ τὸ ἄγαλμα δὲ τῷ Ἀπόλλωνος περιεσύλησεν, ἔχον καὶ αὐτὸ χρυσᾶς βοστρύχους, κελεύσας ἀποκεῖραί τινα αὐτό. πλεύσας δὲ εἰς Τροιζηνίους,

quis gaudet; a verbo αγαλλειν, quod pr. significat: *nitidum reddere, sic aliquid ornare, vt oculos grata sui specie exhilaret*, v. Rhunk. ad Timaeum p. 4. Unde stellae αγαλματα νυκτος; liberi, parentum αγαλματα, Eurip. Suppl. 367. Hinc de statuis pr. usurpatur, quoniam illae praecipuum templorum aediumque erant ornamentum, v. c. XIV, 13. IX, 32. Inprimis etiam de simulacris deorum occurrit, vid. c. 27 med. et de donariis, numini alicui consecratis.

ἐσθῆτα] Hiero eam donauerat. — Sic et Delii Apollinis statua marmorea pallium habuit. — Loco huius vestis aureae circumdedit statuam laneo pallio, dicens, vestem auream aestate esse nimis grauem, hyeme nimis frigidam.

ὃς ἦν] corrupt. ὅσον. C. Gesner. vult ὅσος, Fab. ὅσις. Periz. cum Scheff. Kuhn. Mff. Lugd. et reg. b. approbantibus, recipit vulg. Lennep. in animaduu. ad Coluth. I, 9. emendandum sic putat: ὅσον φασι, χρυσιᾳ. Lectio tamen Perizonii simplicior videtur.

Ογδοηκοντα] Mff. Sluisk. Med. vterque, reg. a. ἑβδομηκοντα. ταλαντων] Talentum secundum rationem vulgarem 750. thal. valebat; babylonicum autem et atticum 1000 thal. Eiseuschmidt tamen attico 900. thal. tribuit. Romae pro talento tantum dabantur 24 sestertia, i. e. 6000 denarii, vel 800 thal. v. Gesn. ad Plin. Vid. paullo post ad c. 22 init.

δημιεργων], Δημιεργος omnino aut is, cuius operam sibi quisque alius conducere potest, vt h. l. aut cuius labores in publica cedunt commoda. v. Hesych. h. v.

χρυσᾶς βοστρύχους] Intelligit sine dubio intonsos, h. e. promissos crines Apollinis, qui et idcirco *Intonsus* a Latinis dicitur; Ouid. Met. XII, 585. Hor. Od. I, 21. Ceterum alii auctores Cic. Nat. deor. III, Val. Max. I, 1. extr. tradunt, Dionysium Aesculapio auream abstuliisse barbam. Haud dubie fuit vtrumque.

ἀποκεῖραι τινα αὐτο] Αὐτο si abesset, minime desideraretur, vt ex glossa ortum, vel per socordiam ex repetitione superioris αὐτο. Iac. Gronovii coniectura, omittentis αὐτο et, interpunctione post τινα facta, ἀποπλεύσας legentis, se probare videtur. Lennep. coniec. ἀποκεῖραι τινα αὐτες.

Digitized by Google

ξηνίας, τὰ τῦ Ἀπόλλωνος, καὶ τῆς Λευκοθέας ἅπαντα ἐσύλησε χρήματα, τὴν παρακειμένην ἀργυρᾶν τῷ Ἀπόλλωνι τράπεζαν κελεύσας ἀφελεῖν, Ἀγαθῷ δαίμονος τῷ θεῷ διδόντας πρόποσιν.

ΚΕΦ. ΚΑ'.

Ἰσμηνίας αἰχύνης χωρὶς, πῶς Περσῶν βασιλέα προσεκύνησεν.

Ἰσμηνίᾳ τῷ Θηβαίῳ σοφὸν ἅμα καὶ ἑλληνικὸν ἐκ ἂν ἀποκρυψαίμην ἔργον. πρεσβευῶν ἔτος ὑπὲρ τῆς πατρίδος πρὸς βασιλέα τῶν Περσῶν, ἀφίκετο μὲν, ἐβάλετο δὲ αὐτὸς, ὑπὲρ ὧν ἦκεν, ἐντυχεῖν τῷ Πέρσῃ. ἔφατο δὲ πρὸς αὐτὸν ὁ χιλίαρχος, ὁ καὶ τὰς ἀγγελίας

Τροιζήνιος] Troezene, vrbe Argolidis in Peloponneſo fuit templum Apollinis omnium in Graecia antiquiſſimum, teſte Pauſan. in Corinth. cuiuſmodi templa adeo antiqua erant etiam plerumque opulentiſſima, Inde vero vrbs ipſa dicta quoque fuit Ἀπολλωνιάς. Maxime tamen Neptuno fuit ſacra, atque inde etiam Ποσειδωνιὰς dicta. Iam autem veriſimile ſatis, in vrbe, Neptuno ſacra, templum quoque habuiſſe Leucotheam (Ino, Romanis Matutam,) deam quippe marinam. Nihil ergo cum aliis, v. c. Scheff. corrigendum Τυῤῥήνιος. Alia enim hiſtoria eſſe videtur expilatio templi Leucotheae in Tyrthenorum vrbe, Agylla (ſ. Caere), de qua vid. Diod. Sic. XV. et Polyaen. V, 2. 21. Ariſtot. Oec. II, p. 506. B.

διδόντας] vulgo διδόντος, quod ferri nequit. Kuhn. τὰ θεὰ; at offendunt tot et diuerſi genitiui coniuncti. Ergo Periz. διδόντας, quod Mſ. Sluisk. confirmat. — Illud poculum, *Boni Genii* dictum, (ἡ πρᾶσις ἀγαθοῦ δαίμονος) coena peracta, et menſis remotis, circumferebatur in gratiam Bacchi pro reperto vino et hilaritate, inde generi humano allata, v. Athen. XV. Aſtute ergo, ſeruato hoc more, Dionyſius Apollini ἀγαθοῦ δαίμονος propinari, menſamque eius argenteam auferri iuſſit.

βασιλέα] Eſt hic Artaxerxes Mnemon, ad quem legatus fuit Iſmenius poſt Leuctricam pugnam. De Iſmenia vid. Plut. Artax.

ἐβάλετο] Med. 2. ἐβάλευτο, quam lectionem Gronou. probare videtur, adducto Herodian. I, 16. §. 8. — *Statuit, conuenire et agere cum rege, Audientiam habere.*

Digitized by Google

λίας εἰσκομίζων τῷ βασιλεῖ, καὶ τὲς δεομένες εἰσάγων· Ἀλλ' ὦ ξένε Θηβαῖε, (ἔλεγε δὲ ταῦτα παίζων δι' ἑρμηνέως, Τιθραύστης δὲ ἦν ὄνομα τῷ χιλιάρχῳ·) νόμος ἐστὶν ἐπιχώριος Πέρσαις, τὸν εἰς ὀφθαλμὲς ἐλθόντα τῷ βασιλέως, μὴ πρότερον λόγε μεταλαγχάνειν, πρὶν ἢ προσκυνῆσαι αὐτόν. εἰ τοίνυν αὐτὸς διὰ

εισαγων] Hinc pr. tales, vt hic Tithrauſtes, dicebantur εισαγωγεις et εισαγγελεις apud Graecos, vt ap. Perſas Αζαρεμπατας.

Αλλ' ω ξενε] Αλλα deſignat h. l. obiectionem, non quidem directam, ſed concedit aliquantum, ſcrupuli tamen aliquid iniicit petenti. Concedit quidem Tithrauſtes Iſmeniae aditum, obiicit autem morem Perſarum, qui ipſi, tamquam libero Graeco, cum difficultate fortaſſe ſit obſeruandus. *Ja, mein Fremdling, aber* — Vid. etiam Xen. Cyr. V, 4. 32. Minime ergo haec Particula poteſt eſſe expletiua, vt vult cl. Kuhn. in indice ad auct. noſtr. et Münter. ad Ariſtoph. Plut. 27. quaſi tunc ſine detrimento orationis omitti poſſit. Et tamen *elegans* haec Particula expletiua eſſe debet? quomodo? Malim, ſi expletiua eſt, tunc dicere, αλλα abundare, quod foret vitium, non elegantia. Ergo neceſſario αλλα hic eſt particula, non locum vacuum explens. Huc pertinet c. 28. vbi αλλα ſimiliter abundare ei videtur, ſed vid. ibi. It. Ariſtoph. Plut. 26. Χρεμ. Αλλ' ε σε κρυψω, των εμων γαρ οικετων πιστοτατον ἡγεμαι σε και κλεπτισατον. Hic etiam αλλα Münter putat poni ab initio, vt *elegantem* et *expletiuam* Particulam; Latinos pro ea *vero* vſurpare, ac noſtrum locum citat. Sed quis non ſentiat, αλλα ibi indicare, Chremylum, precibus Carionis victum, nunc capere conſilium, a praecedente conſilio plane alienum, vel potius ei contrarium; et hoc modo αλλα hoc ipſo loco non amittere ſuam natiuam opponendi ac contrarium dicendi poteſtatem. Sequentia rationem huius mutati conſilii continent. Ceterum αλλα paſſim approbationibus inſeruire, putat Zeun. ad Xen. Cyr. IV, 5. 51 et V, 5. 13. ita, vt conceſſiua vis plane ceſſet. Malim tamen dicere approbationem, ſine αλλα iam expreſſam, hac vocula augeri. Atque adeo vim τε αλλα oratione vigorem quemdam praebentem in obiectionibus, etiam in ſola conceſſione valere, quis non videt?

Τιθραυστης] de quo vid. Nepos Conon. cap. 3. Plutarch. Themiſtocl.

προσκυνησαι] Mos orientalis τε προσκυνειν, h. e. ſe proiiciendi in terram coram rege, eſt notiſſimus.

Digitized by Google

διὰ σαυτῆ συγγενέσθαι θέλεις αὐτῷ, ὥρα σοὶ, τὰ ἐκ τῆ νόμῳ δρᾶν· εἰ δὲ μὴ, τὸ αὐτό σοι τῆτο καὶ δι' ἡμῶν ἀνυσθήσεται, καὶ μὴ προσκυνήσαντι. ὁ τοίνυν Ἰσμηνίας, Ἄγε μὲ, ἔφη. καὶ προσελθὼν καὶ ἐμφανὴς τῷ βασιλεῖ γενόμενος, περιελόμενος τὸν δακτύλιον, ἔβριψεν ἀδήλως παρὰ τὰς πέδας, ὃν ἔτυχε φορῶν, καὶ ταχέως ἐπικύψας, ὡς δὴ προσκυνῶν, πάλιν ἀνέλετο αὐτὸν, καὶ δόξαν μὲν ἀπέσεισε τῷ Πέρσῃ προσκυνήσεως, ἐ μὴν ἔδρασεν ἐδὲν τῶν ἐν τοῖς Ἕλλησιν ἀισχύνην φερόντων. πάντα ἓν ὅσα ἠβελήθη κατεπράξατο, ἐδὲ ἠτύχησέ τι ἐκ τῆ Πέρσῃ.

ΚΕΦ. ΚΒ'.

Δῶρα τὰ διδόμενα παρὰ Περσῶν βασιλέως τοῖς πρεσβευταῖς.

Δῶρα τὰ ἐκ βασιλέως διδόμενα τοῖς παρ' αὐτὸν ἥκουσι πρεσβευταῖς, εἴτε παρὰ τῶν Ἑλλήνων ἀφίκοιντο,

δια σαυτε] *Ipſo, in eigner Perſon;* pro quo Mſ. Lugd. *δι ἑαυτε*, quod verum videtur Perizonio, ſed corruptum a librariis allorum codicum, quia non fuit intellectum ab iis. Solet autem reciprocum ἑαυτε ita ad omnem adhiberi perſonam; ad ſecundam, vt hic et c. 34 med. ad primam perſonam pro ἐμαυτε, infr. c. 32 med. ἑαυτε κρατισα χωρησαμι XII, 1 med. Luc. 13, 34. Ad primam perſonam plur. Lucian. περι τ. ακουειν. c. 18 extr. ὡς γαρ εν τοις ὀμμασι πλησιον ἐλαμπομεν τα ἑαυτων ὁρωμεν, *videmus — noſtra ipſa* i. e. noſtram faciem. Sic et 19. in. Luc. 23, 14.

ὥρα σοι] ſc. *ἐστι*.

τα εκ τε νομε] ſc. *γιγνομενα*, *legitima*.

και μη προσκ.] Και *etiamſi*, vbi ſuppl. *περ*, quod proſaici omittere ſolent, ſicut poetae tantum *περ*, omiſſo *και*, adhibent.

ετυχε φορων] Τυγχανω φορων. In talibus dictionibus τυγχανω tantum ſignificat, rem fortuito accidiſſe.

δοξαν απεσεισε] *Opinionem adorationis praebuit.* Sic auct. hiſt. an. I, 15. it. infr. XII, 57. in. απεσεισαν τεραται, Act. 10, 36. λογον απεσεισε. Marc. 4, 29.

ε μην εδρασε] Ου μην pro ε δε praecedente μεν, vt ait reu. Morus ad Iſocr. paneg. in ind. h. v. ſicuti ε μην αλλα poſt μεν. Bene. Non tamen praetermittenda eſt vis firmandi in his voc.

ητυχησε τι] ſc. *παν*.

Digitized by Google

το, ἅτε ἐτέρωθεν, ταῦτ' ἦν. τάλαντον μὲν ἑκάστῳ Βαβυλώνιον ἐπισήμου ἀργυρίου, τάλαντα δὲ, φιάλαι δύο ἀργυραῖ. δύναται δὲ τὸ τάλαντον τὸ Βαβυλώνιον δύο καὶ ἑβδομήκοντα μνᾶς Ἀττικάς. ψέλιά τε καὶ ἀκινάκην ἐδίδου, καὶ στρεπτόν· χιλίων δαρεικῶν ἄξια ταῦτα, καὶ στολὴν ἐπ' αὐτοῖς Μηδικήν, ὄνομα δὲ τῇ στολῇ δωροφορική.

ΚΕΦ.

επισημου αργυριου] Επισημον *αργυριον* est argentum signatum s. numi, et opponitur hic argento facto, (*ασημῳ*) phialis, Isidor. XVI, 17. *Tria sunt genera argenti, et auri et aeris, signatum, factum, infectum.* Signatum est, quod in numis est; factum, quod in vasis et signis; infectum, quod in massis.

Ταλαντα δε, φιαλαι δυο αργυραι] Vid. Io. Fr. Gronou. de pecunia vet. I, 6. Sensus est, singulas phialas pendisse talentum. Solent enim Graeci, imo et Latini, summam siue ponderis, siue pretii ita breuiter per appositionem exprimere. Sic X, 7. Talentum valebat 6000 drachmas (v. sup. ad c. 20.) vel 60 minas s. libras sui generis, sed quae, cum Atticis collatae, varium faciebant Atticorum numerum. Veluti tal. Babylonium valebat 60 minas Babyl., sed quae faciebant 72 atticas. Nomina autem isthaec *Talentum* et *Mina* erant pr. ponderis, sed translata sunt ad pecuniam, quam illud pondus argenti pendebat, plane vti drachma et obolus. Vt adeo discrimen inter pretium et pondus talenti argentei nullum sit, et phialae hae pependerint singulae talentum Babylonium s. 72. minas, v. libras pondo Atticas; nam minas vere esse libras vid. c. 26. cf. Athen. X, p. 415.

μνας] Mina valet 100 drachmas. v. not. praec.

Δαρεικων] Numi hi *δαρεικοι* sunt aurei, respondentes, auctore Suida, Atticorum 20 drachmis argenteis s. 60 grossis. Drachma enim tres fere groſſos efficit. Rambachius tamen in *archaeol. Unterſuch.* pag. 157. *δαρεικος* aequat 4 imperiales cum 6 grossis. Hos vero Daricos Suidas et Schol. Aristoph. eccles. p. 741. non a Dario Hystaspide, vt vulgo dicitur, sed *αφ' ἑτερου τινος παλαιτερου βασιλεως* sic nominatos dicunt. Hic ergo est Xenophontis Cyaxares, Darius Medus Danielis, prophetae, 6, 2. 3. Ceterum vid. Gronou. de pec. vet. 3, 7. Wessel. ad Diod. Sic. XVII, 65. et Zeun. ad Xen. Cyr. indic. in h. v.

τῃ στολῃ δωροφορικῃ] Confundunt hanc stolam interpp. cum *Doryphorica*, improbante Scheff. quae a satellitibus gestabatur. Nec verisimile videtur Periz. regem, quando honoris et beneficii specie stolam *δωροφορ.* amicis, et maxime

Digitized by Google

ΚΕΦ. ΚΓ'.

Περὶ Γοργίε καὶ Πρωταγόρε.

Ἐν τοῖς Ἕλλησι τοῖς πάλαι, μακρὰ τῇ δόξῃ διέφερε Γοργίας ὁ Λεοντῖνος Φιλολάε, καὶ Πρωταγόρας Δημοκρίτε. τῇ δὲ σοφίᾳ τοσῶτον ἐλείποντο, ὅσον ἀνδρῶν

me legatis aliarum gentium dabat, non aliam dediſſe, quam qua ipſius ſatellites perpetuo vterentur. Mſ. Sluisk. habet *δωροφορίας*, commodo ſatis nec inſcito ſenſu, cui adſentitur Med. 2. Vid. c. 22.

μακρὰ] Mſſ. *μακρᾷ*. Kuhn. vult *μακραν*. Sed non opus eſt mutatione, quum *μακρὰ* ſaepius occurrat.

Τῇ δοξῃ διεφερε] Sic Periz. legendum putabat. Forte tamen articulum *τῇ* adhuc delendum, eſſe putat cl. Kühn, quum *διαφερω καλὰ, πλατῳ, δοξῃ* etc. ſine articulo occurrat. Sane ita dici ſolet; ſed tunc eiiciendus eſſet etiam articulus ante *σοφίᾳ*, quod equidem non auſerim.

Γοργίας ὁ Λεοντ. Φ.] Gorgias, longe maior fama Philolao, rhetor et ſophiſta nobilis ex Leontio, Sicula vrbe, de cuius impudentia et confidentia ad omnes quaeſtiones reſpondendi, vid. Cic. fin. II, 1. de orat. I, 22. 103. III, 23. 128. it. Quinct. II, 21. XII, 11. Plat. Menon. in. ibi cel. Gedik. Plat. Gorg. in. Peragrabat vniuerſam Graeciam, et vbique iuuentutem diuitiſſimorum et nobiliſſimorum amorem ſibi comparauit. Praecipue tamen in Theſſalia commoratus eſt. Cic. in orat. c. 52. Ceterum erat Gorgias diſcipulus Empedoclis, teſte Diog. Laert. VIII, 58. et Suid. v. cl. Gedik. ad Menon. Plat. cap. 7. et plura in eiuſd. hiſtoria Ciceronis philoſophiae p. 78., it. infr. Excurſ. de Sophiſtis.

Φιλολαε] aſſecla ſcholae pythagoricae, diſcipulus Archytae Tarentini, v. Cic. Or. III, 35. Diog. Laert. I, 9. Plut. plac. phil. III, 13. Terram, vt ſolem ipſum circa ignem, in centro mundi poſitum, moueri credebat cum aliis Pythagoreis. V. cl. Gedik. in Cic. hiſt. ph. p. 60. ſ.

Πρωταγορας] Abderita, ſophiſta nobilis et Democriti diſcipulus, de quo vid. Plat. Protag. et Gedik. Cic. hiſt. phil. p. 79. Cic. nat. deor. I, 12. 23. *negat, ſe ſcire de diis ſint, an non ſint, qualeſue ſint*, v. inf. Exc. de Soph.

Δημοκριτε] Erat eius, vt Protagorae, patria Abdera, ob incolarum ſtoliditatem memorabilis. Quare Cic. nat. d. I, 1. peragrauit Democritus, vt philoſophorum mos tulit, vltimas terras, Aegyptum, Babyloniam, Indiam, Graeciam, v. Cic. fin. V, 19. Diog. IX, 34. Erat praecipue maximus phyſicus; ſtatuit, atomos eſſe, i. e.

Digitized by Google

ἀνδρῶν παῖδες. ἔοικε γάρ πως ἡ δόξα μὴ πάνυ τι ἀκριβὲς, μήτε ὁρᾶν, μήτε ἀκέειν· ἔνθεν τοι καὶ πολλὰ σφάλλεται καὶ τὰ μὲν καταχαρίζεται, τὰ δὲ ψεύδεται.

ΚΕΦ. ΚΔ'.

Περὶ Φιλονεικίας Ἡρακλέους καὶ Λεπρέου.

Καύκωνος τοῦ Ποσειδῶνος, καὶ Ἀξυδαμείας τῆς Φόρβαντος, γίνεται παῖς Λεπρέας, ὅσπερ ἐν συνεβάλευσε τῷ Αὐγείᾳ, ὅτε αὐτὸν ἀπήτει τὸν

i. e. corpuscula quaedam laevia, alia dura, rotunda alia, curuata, angulata, et quasi aduncа, interiecto inani; ex illis effectum esse coelum et terram, concursu quodam fortuito, v. Cic. n. d. I, 11. 24. 43. Fin. I, 6. — Nihil cognosci, nihil sciri posse, nihil veritati relinqui, dixit, Cic. Acad. I, 13. II, 10. 23. Praesensionem rerum futurarum comprobat. Cic. diuin. I, 3. 56. vid. infr. IV, 20. it. 29. et. not. et cl. Gedik. Cic. hist. phil. p. 67.

ἐλείποντο] sc. Φιλόλαε et Δημοκρίτε, *superabantur, inferiores erant*, vel *post tergum relinquebantur ab illo Philolao et Democrito.* Idem verbum ἐλασπ. intell. ad παιδες.

μὴ πάνυ τι ἀκριβὲς] *nihil fere explorati, certi*; v. cap. 16. med. ε πάνυ τι.

μήτε ὁρᾶν, μήτε ἀκέειν] sc. κατα.

Πολλὰ] sc. κατα, sic, vt ad τα μεν, τα δε, *nunc — nunc*, sc. μερη; ellipsis notissima.

Καυκωνος] Omnes Mss. Γλαυκωνος. Nihilo tamen minus vera est et certa Schefferi emendatio, legentis Καυκ. sed et auctoritate omnium auctorum, inprimis Athenaei, quem noster, vt solet, hîc sequitur, denique et ipsius Aeliani, apud quem vtique mox legitur rectius siue Καγκωνος (vid. mox), siue Κάυκωνας, eiusdem quippe hominis, vel populi, ab illo denominati, nomen. Mssti nusquam magis, quam in nominibus propriis peccant, et hic peccarunt tanto procliuius, quia notissimum est, in historia fabulari Γλαυκωνος nomen. Phorbas autem, socer Cauconis, filius fuit Lapithae, pater Astoris, et, vt nonnulli tradunt, etiam Augeae, vid. Apollod. II, p. 91. Paus. Eliac.

ὅς περ ἂν συνεβ.] Ουν h. l. inchoatiue adhibetur; praemissis enim nonnullis narrationem incipit; *qui igitur* etc. vel *hic igitur.*

Digitized by Google

τὸν ὑπὲρ τῆς ἄθλου μισθὸν Ἡρακλῆς. ἦν δὲ, οἷα εἰκὸς, πολέμιος τῷ Ἡρακλεῖ ὁ Λεπρέας ἐκ τῆς τοιαύτης συμβολῆς. Χρόνῳ δὲ ὕστερον ὁ μὲν τοῦ Διὸς παῖς εἰς Καύκωνος ἀφίκετο. δεηθείσης δὲ τῆς Ἀστυδαμείας, διαλύεται τὴν πρὸς τὸν Λεπρέαν ὁ Ἡρακλῆς ἔχθραν. Φιλονεικίᾳ δ' ἐν αὐτοῖς ἐμπίπτει νεανικὴ, καὶ ἐρίζουσιν ἀλλήλοις περὶ δίσκου, καὶ ὕδατος ἀντλήσεως, καὶ τίς καταδειπνήσει ταῦρον πρότερος· καὶ ἐν πᾶσι τούτοις ἡττᾶται Λεπρέας. καὶ ὑπὲρ πολυπραγμοσύνης ἀγὼν αὐτοῖς ἐγένετο, καὶ ἐνταῦθα πάλιν ὁ Ἡρακλῆς ἐκράτει. διανιώμενος δὲ ὁ Λεπρέας, λαβὼν ὅπλα, εἰς μονομαχίαν προκαλεῖται τὸν Ἡρακλῆ. καὶ ἔν γε καὶ ἔτισε δίκας ὑπὲρ τῶν παρ' Αὐγέᾳ· μαχόμενος γὰρ ἀπεθνήσκει.

ΚΕΦ.

αὐτὸν αἰτητὰ τὸν μισθὸν] Verba *petendi* duplicem Accusatiuum personae et rei desiderant, quorum posterior ab omissa Praepos. κατὰ regitur. Sic construuntur αἰτεῖν, ἀπαιτεῖν, ἀσπραξίαν et alia.

ἄθλα] Nullum hic designatur *certamen*, sed grauior labor vnus ex XII. illis decantatis adeo Herculis laboribus, ipsi ab Eurystheo impositis, quos singulos vid. hoc ἄθλων nomine expositos ap. Apollod. II. Hoc loco labor est Augeae stabuli purgatio, quae tamen fine vllo peracta est certamine.

εἰς Καύκωνος] sc. οἶκον; nota ellipsi. Vulgo legitur εἰς Καυκωνας. Fuit populus in Peloponneso sic appellatus v. Strab. VIII, p. 343. et Eustath. ad Il. v. p. 1288. Sed hic dum exstitit tempore huius Cauconis aut Lepreae. Quà propter verisimillimum videtur Schefferi receptum εἰς Καυκωνος. Sic et ap. Athen. X, p. 412. Perizon. censet corrigendum. Sequitur enim vtrobique de Astydamia, vxore Cauconis, cuius precibus Hercules deposuerit inimicitiam cum Lepreo, atque adeo res haec accidit haud dubie in aedibus Cauconis et Astydamiae.

προκαλεῖται] Sic Lugd. et in hac ipsa historia Athenaeus. Sluisk. tamen Medd. duo et reg. a, habent κηλᾶ τὸν Ἡρ.

Digitized by Google

ΚΕΦ. ΚΕ'.

Περὶ Ἀλεξάνδρȣ μεγαλοφροσύνης εἰς τὸν Φωκίωνα, καὶ τȣ́τȣ εἰς ἐκεῖνον.

Ἀλέξανδρος ὁ Φιλίππȣ (εἰ δὲ τῳ δοκεῖ, ὁ τȣ̃ Διὸς, ἐμοὶ γὰρ ȣ̓δὲν διαφέρει) Φωκίωνι μόνῳ, φασὶ, τῷ Ἀθηναίων ςρατηγῷ γράφων, προσετίθει τὸ χαίρειν. ȣ̃τως ἄρα ᾑρήκει τὸν Μακεδόνα ὁ Φωκίων. ἀλλὰ καὶ τάλαντα αὐτῷ ἀργυρίȣ ἔπεμψεν ἑκατὸν, καὶ πόλεις τέσσαρας ὠνόμασεν, ὧν ἠξίȣ μίαν, ἣν βȣ́λεται, προελέσθαι αὐτὸν, ἵνα ἔχῃ καρπȣ̃σθαι τὰς ἐκεῖθεν

ὁ Φιλιππȣ] sc. υἱος, notiss. ellipsi.

ει δε τῳ δοκει] Articulus praepos. saepe, inprimis ap. Atticos, vim habet indefinitam et ponitur pro τις. Hinc etiam accentus intermitti solet. Sic VIII, 1 med. εαν τις των φιλων ανακοινωται ὑπερ των pro τινων. Sic Plat. Phaed. c. 25. απερ τῳ αλλῳ pro τινι. Vid. mox infr.

Φωκιωνι] Phoci filius, Atheniensis, vixit tempore Philippi, Alexandri et paullo post; antecelluit prudentia et militari et ciuili, animoque fuit optimo et maxima vitae integritate, ita, vt *bonus* appellatus sit. Paupertas semper eum pressit. Pacem praecipue amans et fortasse Macedonibus plus iusto studens semper Atheniensibus commendauit, vt tempori servirent saepiusque Demosthenis ardori intempestiuo restitit, quare in eius ciuiumque suorum inuidiam et odium incidit, adeo, vt, consuetudinis cum Nicanore, Cassandri duce, habitae causa proditionis nomine ab Atheniensibus accusatus, denique morte mulctatus sit. Postea tamen Athenienses, quem mortuum sepultura libera dignum non habentes, terra sua exterminarant, eum maximo honore affecerunt, accusatores eius puniuerunt, v. Nep. et Plut. Phoc. Diod. XVII. XVIII. Plura de hoc viro nobiliss. accuratiora vid. in: *Geschichte der unmittelbaren Nachfolger Alexanders, aus den Quellen geschöpft von* M. *Conr. Mannert*, Lips. Dyk. 1787. 8. (const, 1 thal.) opere, magno ingenio confecto et difficultates, historiam illius temporis maximopere prementes, optime discutiente. Item Heyn. V. cel. opusc. acad. III, pag. 344. ss. et infra ad III, 47 fin.

χαιρειν] *saluere*. Est Graecis valde consueta salutatio in literis, vbi ad hunc Infinitivum intell. ευχεται s. λεγει.

Digitized by Google

ἐκεῖθεν προσόδους. ἦσαν δὲ αἱ πόλεις αἵδε, Κίος, Ἐλαία, Μύλασα, Πάταρα. ὁ μὲν οὖν Ἀλέξανδρος μεγαλοφρόνως ταῦτα καὶ μεγαλοπρεπῶς. ἔτι γε μην μεγαλοφρονέστερον ὁ Φωκίων, μήτε τὸ ἀργύριον προσιέμενος, μήτε τὴν πόλιν. ὡς δὲ μὴ δοκοίη πάντῃ ὑπερφρονεῖν τοῦ Ἀλεξάνδρου, ἐτίμησεν αὐτὸν κατὰ τοῦτο· τοὺς ἐν τῇ ἄκρᾳ, τῇ ἐν Σάρδεσι, δεδεμένους ἄνδρας ἠξίωσεν αὐτὸν ἀφεῖναι ἐλευθέρους αὐτῷ, Ἐχεκρατίδην τὸν σοφιστὴν, καὶ Ἀθηνόδωρον τὸν Ἱμεραῖον, καὶ Δημάρατον, (καὶ Σπάρτωνα,) ἀδελφὼ δὲ ἄρα ἤστην οὗτοι Ῥοδίω.

τας εκειθεν προσοδους] sc. γενομενας.

Κιος etc.] Κιος est vrbs Phrygiae, Ελαια, Aeolidis, Μυλασα, Cariae, Παταρα, Lyciae.

μεγαλοφρόνως ταυτα etc.] Plene: μεγαλ. ειχε ἑαυτον κατα ταυτα. Μεγαλοφρονως, *liberaliter, generose*, declarat eius animum; μεγαλοπρεπως, *magnifice*, autem donum, regi conveniens i. e. sumtuosissimum.

μεγαλοφρονεστερον] eadem, vt antea, ellipsi τȣ εχειν.

προσιεμενος] Sic reposuit Periz. vt plurimi Mss. At Sluisk. habet προσεμενος.

μητε την πολιν] Non opus esse recte censet doct. Kuhn. emendationem Viri doct. in Obs. Misc. I. τινα pro την, cum articulus ὁ, ἡ, το saepius pro τις, τι ponatur. Sic Palaephat. de incredib. c. 34. διετριβον εκει τας ἡμερας, vbi λοιπας, quod irrepserat, eiecit doct. Fischer. Xen. hist. gr. IV, 1. 1. παλαι τȣτȣ επιθυμων, τȣ αφισταναι το εθνος απο τȣ βασ. v. paullo ante.

εν Σαρδεσι] Sardes, vrbs Lydiae, olim sedes regum Lydiorum. Pro ακρα Xen. Cyr. VII, 2. 3. adhibet ερυμα.

τον Ἱμεραιον] Quum Plut. in Phoc. eum dicat *Imbrium*, recte censuit Scheff. emendandum esse ex eo nostrum; discrepantia est hic inter Plut. et Nostr. orta ex conuenientia vtriusque nominis et facili librariorum lapsu ex IMBRION in ἸΜΕΡΑΙΟΝ. Videtur tamen Io. Kuhn. vulgatum tueri, quum homo posset esse Imbrius origine, Himeraeus beneficio ciuitatis, citatque Cic. or. pro Balbo.

και Σπαρτωνα] Casaub. primus omnium haec, quae absunt ab omnibus Mstis, addi iussit ex Plut. Himera enim, quum Siciliae vrbs esset et fluvius, atque ita vtrique (Demaratus et Athenodorus) non possent esse Rhodii; ergo Demaratus et Sparton fratres intelliguntur.

αδελφω — ηστην οὗτοι P.] Dualis cum Plurali mutatio vsita-

ΚΕΦ. ΚΣΤ'.

Περὶ Ἀγλαΐδος τῆς ἀδδηφάγου.

Γυναῖκα ἀκήρω σαλπίσαι, καὶ τοῦτο ἔργον ἔχειν ἅμα καὶ τέχνην, Ἀγλαΐδα ὄνομα, τὴν Μεγακλέους παῖδα. περιῆστο δὲ εἶχε κόμην καὶ λόφον ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, καὶ ὁμολογεῖ Ποσειδίππος ταῦτα. δεῖπνον δὲ ἦν ἄρα αὐτῇ κρεῶν μὲν μναῖ δώδεκα, ἄρτων δὲ χοίνικες τέσσαρες, ἔπινε δὲ οἶνε χόας.

ΚΕΦ.

vſitatiſſima eſt Graecis, cuius exempla vidd. Viger. idiot. III, 1. init. ibi Hoogev.

Χοίνικες] *Choenix* erat octava pars modii et capiebat ſextarios duos h. e. duas libras frumenti. Porro vna Choenix credebatur diurnum eſſe hominis alimentum. v. Suid. Πυθαγόρας et Athen. III, p. 98.

χοᾶς] χοῦς ſ. *congius* erat menſura liquidi, et capiebat 6 ſextarios, v. Budaeum de Aſſe. Sextarius autem eſt i. q. noſtri appellant *Nöſſel*, *eine halbe Kanne*, ſ. *Berliner Quart.*

δ. ἦν — μναῖ δώδ. cet.] Notent tirones ἦν pro ἦσαν, Subiectum Pluralis Numeri cum Verbo Singularis Numeri. Quae Enallage etſi vſitatiſſima eſt Nominis Neutrius Generis, de qua vid. infr. ad I, 34 med.; rariſſime tamen reperitur, quum Nomen eſt alius, quam Neutrius Generis. Sed reſte ſe habet lectio. Verbum Subſtantiuum h. l. refertur ad Praedicatum. Sic v. c. Herodot. I, 26. εἰσὶ — ἐκ τοιῶνδε, pro εἰσί. it. Thucyd. II, 3. ἐμαχέσαντο πεζῇ ἐσαν, ἐν ἵππῳ τάξει ἦ, pro εἰσί. Pind. Ol. XI, 5. μελιγαρυες ὑμνοι ὑστερων αρχαι λογων τελεται, pro τελονται, vbi vidd. Schol. Ed. Schmid. Heyne. Nec Latinis talis erat inuſitata ratio dicendi, v. c. Cic. Brut. 8. in. *Gorgias*, *Thraſymachus*, *Protagoras*, *Prodicus*, *Hippias in honore magno fuit*, pro *fuerunt*. ib. 9. init. *Huic Hyperides proximus et Aeſchines fuit et Lycurgus*, cet. ibid. 17. extr. 21. init. 47. extr. 50. extr. Horat. epiſt. I, 6. 27. Vbi tamen notandum, in his exemplis Lat. Singularis tantum Numeri Nominatiuos Verbo Singulari adiungi, Graecis autem Nominatiuos Plurales Verbo Singulari: illos ergo Verbum proximo Nominatiuo adnexuiſſe dici poſſit.

Digitized by Google

ΚΕΦ. ΚΖ'.

Περὶ ἀδδηφαγίας πολλῶν.

Ἀδδηφάγους λέγουσιν ἀνθρώπους γεγονέναι, Πιτυρέα τὸν Φρύγα, καὶ Καμβύτην τὸν Λυδὸν καὶ Θῦον τὸν Παφλαγόνα, καὶ Χαρίδαν, καὶ Κλεώνυμον, καὶ Πείσανδρον, καὶ Χάριππον, καὶ Μιθριδάτην τὸν Ποντικὸν,

Πιτυρέα] Quum noster totum hoc caput ex Athen. X, excerpserit, in discrepantiis culpa utique est penes librarios, et alter ex altero corrigi debet. Πιτυρέα codd. Athenaei rectius vocant Λιτυέρσαν, Midae filium nothum, quod confirmat Pollux IV, 7. Eiusdem Λυτιέρσα meminit non Suidas modo, sed et Serv. ad Virg. Ecl. VIII, 68. vt qui aduenas secum coegerit certatim metere segetem, et dein victos occiderit, quemque Phryges dein cantilenis celebrauerint ὡς ἄριστον θερίσην, vnde et cantilena messorum, siue ab eo primum, siue postea in eum composita, dicebatur Λιτυέρσης. Schol. ad Theocr. Id. X, 41. vbi φδὴ λιτυέρσης, cantilena messorum sic dicta, ibi vid. Harl.

Καμβύτην] emendandum censet Periz. in Καμβλητα, quia Nic. Damascen. in excerpt. hunc regem Καμβλίτην vocat additque creditum, medicamentis eum redactum in insaniam a Iardano, rege Lydiae et patre illius Omphales, cui Hercules seruiuit.

Θυον] et Θυν, vtrumque recte. Vid. Nep. in Datame. Vixit ad extrema Artaxerxis Mnemonis tempora.

Χαρίδαν] Ap. Athen. Χαρίλαν. Credit autem Perizon. vtrumque corruptum esse ac legendum cum Eust. ad Od. I. Χαρίλαν, quod idem ac Χαρίλαος, quo nomine appellatus est rex ille Lacedaemoniorum, cui patruus fuit Lycurgus. Hic ipse Charilaus ap. Eust. et Ath. dicitur illo voracitatis nomine exagitatus esse ab Archilocho, qui teste Herod. vixit tempore Candaulis, Lydorum regis, secundi Croesi antecessoris, atque adeo vel aequalis fuit Charilao, vel certe paullo post vixit, et quidem, licet Parius esset, Lacedaemone, vbi tamen propter maledicentiam eius carmina fuerunt prohibita vel quod ignauiam commendaverit in iis carminibus. Ceterum nominum illa contractio, vt ως in ος graecis est usitata, sic Αρκεσίλαος et Αρκεσίλαος, Αναξίλαος et Αναξίλαος, Περιλαος, Περίλας, et Περίλος.

Κλεώνυμον] de quo vidend. Aristoph. Aues p. 554. ibique Schol. vt etiam ad Nubes p. 166.

Digitized by Google

κὸν, καὶ Καλαμώδρυν τὸν Κυζικηνὸν, καὶ Τιμοκρέοντα τὸν Ῥόδιον, τὸν ἀθλητὴν ἅμα καὶ ποιητὴν, καὶ Καντίβαριν τὸν Πέρσην, καὶ Εὐτυχθονα τὸν Μυρμιδόνα, ἔνθεν τοι καὶ ἄθων ἐκλήθη ἔτος. λέγεται δὲ ἐν Σικελίᾳ Ἀδδηφαγίας ἱερὸν εἶναι, καὶ Σιτῦς ἄγαλμα Δήμητρος. ὁμολογεῖ δὲ καὶ Ἀλκμὰν ὁ ποιητὴς, ἑαυτὸν πολυβορώτατον γεγονέναι. καὶ Κτησίαν δὲ φησί τινα Ἀναξίλαος ὁ τῆς κωμῳδίας ποιητὴς πολλὰ ἐδηδιέναι.

ΚΕΦ. ΚΗ'.

Περὶ τῶν παρὰ Ῥοδίοις τιμωμένων ὄψων.

Ἀλλὰ ἔγωγε ὑμῖν ἐθέλω εἰπεῖν Ῥόδιον δεῖπνον. ἐν Ῥόδῳ, φασὶ, τὸν μὲν ἐκ τῆς ἰχθῦς ἐρῶντα καὶ θαυμάζοντας αὐτῆς, καὶ ὄντα τῶν ἄλλων ὀψοφαγίστατον, ἀλλὰ

Τιμοκρέοντα] Aequalis hic fuit et inimicus Themistoclis, quem et proditionis temere accusauit, et carminibus ac comoedia proscidit.

Καλαμώδρυν] Calamodrys, athleta Cyzicenus, fuit Mithridatis, illius celebris regis Ponti sodalis et aemulus in vorando et potando.

Ἄθων] quod pro vulg. κωθων, *asinus grandior*, quod Ioach. Kuhn. tuendum putat, Scheff. et cum eo Periz. Iunius, Leopard. Meurs. aliique legi volunt, quum etiam Eustath. Lycophron. et ipse Athen. quem Noster in his sequitur, illum Ἄθωνα *vehementem*, et *quasi adurentem omnia famem* vocitent, Mss. autem varient.

Ἀλκμαν] Poeta fuit lyricus, patria Lacedaemonius. Vixit aliquamdiu ante Cyrum.

Ἀναξίλας] vid. paullo ante. Tempore Platonis floruit.

Ἀλλ' ἔγωγε] Mss. Lugd. qui singulis capp. quaedam praemittit argumenta, sed longe a vulgatis diuersa, hoc caput tamen sine vlla distinctione noui quidem versus iungit superioribus. Et sane locutio haec: ἀλλ' ἔγωγε superiora, quibus expositerat Aelianus, quae alii referrent, respicit, isque nectit sequentia, quorum ipse iam est auctor. Sic II, 21. καὶ τεττο μὲν διατεθρυλληται, ἐ δὲ μὴ ἀς π. π. ἀλλ' ἔγω ἐρω; vid. et sup. c. 19. Ergo ἀλλα hic non magis expletiua est particula,

Digitized by Google

ἀλλὰ τοῦτόν γε ὡς ἐλευθέριον ὑπὸ τῶν δημοτῶν ἐπαινεῖσθαι· τὰν γε μὴν πρὸς τοὺς κρέα ἀπονεύοντα, ὡς φορτικὸν καὶ γάστριν διαβάλλεσι Ῥόδιοι. εἴτε δὲ ἐκεῖνοι ὀρθῶς, εἴτε ἐκεῖνοι φλαύρως, ὑπερφρονῶ τοῦτο ἐξετάζειν.

ΚΕΦ. ΚΘ'.

Ὅτι οἷς λέοντα ἔτεκεν.

Λέγουσι Κώων παῖδες, ἐν Κῷ τεκεῖν ἔν τινι ποίμνῃ Νικίππῃ τῷ τυράννῳ οἷν· τεκεῖν δὲ οὐκ ἄρνα, ἀλλὰ

ticula, quam c. 21. vt ibi vult cl. Kuhn. Latini fimiliter paene: *ego vero* dicunt: *Nun aber will ich* etc. Paullo aliter cel. Schütz ad Hoogev. de part. gr. p. 11. rem intelligit, qui poſt duo voracitatis exempla in capp. praecedd. hoc quaſi cumulum addi et τῷ ἀλλ' ἐγωγε lectoris animum et attentionem rei mirae excitari vult, ita, vt haec fere: *quae hactenus quidem de praeditis dicta ſunt, ſed ego* etc. vel ſimilia ſubintelligas.

ἀλλὰ τοῦτον γε] Ἀλλὰ intendit orationem et τοῦτον, quo repetitur perſona, antea per τὸν μὲν ſignata, vi quadam afficitur, cui ſoli particula γε limitans omnem gloriam tribuit. *Ja, daſs dieſer* — Vid. inf. II, 20. fin.

τὰν γε μὴν] refertur ad ſup. τὸν μὲν. Sic ſaepius γε μὴν, praecedente μὲν, pro δὲ ponitur, v. c. paſſim in Xen. Cyr. et alibi.

εἴτε ἐκεῖνοι φλαύρως] Sic Sluisk. At Mſſ. Lugd. et reg. b. εἴτε ἄτοι φαύλως. τὸ φλαύρως tamen tuentur Io. Kuhn. et Periz. Proprie φλαυρος notat nugatorium et ineptum, diciturque attice pro φλυαρος, cenſente ita Euſtath. ad Il. α. De piſcibus, carni praelatis, et ideo ὀψα voce κατ' ἐξοχην ornatis, vid. Athen. VII, 2. et 3.

ὑπερφρονῶ ἐξετ.] ſc. ἐμαυτὸν ἐξετ. — Genealogia Verbi ἐξετάζεσθαι monente V. cel. Moro ad Iſocr. o. 41. haec eſt: 1) examinari 2) habito examine talem, qualis quisque eſt, inueniri (i. e. ſpectari) 3) inueniri, cognoſci omnino qualitate praeditum 4) inueniri, eſſe, verſari aliquo in loco. 5) aliis adnumerari, inueniri inter eos, inueniri aliquid agentem, ideoque cerni agentem. Ibique reperies exempla.

Κῷ] Coos, Cos hod. *Stanchio, Stingo*, eſt inſula in mari Aegaeo, patria Apellis et Hippocratis.

Νικίππῳ] Vitio laborare, ſenſit Scheff. hoc nomen, nusquam alibi nec picti nec ſcripti tyranni, pro quo ſine dubio legendum Νικίᾳ. Nicias enim ſec.

λέοντα. καὶ ἦν τὸ σημεῖον τοῦτο Νικίππῳ τὴν τυραννίδα τὴν μέλλουσαν αὐτῷ μαντεύσασθαι, ἰδιώτῃ ἔτι ὄντι.

ΚΕΦ. Λ'.

Οτι Γαλέτης ἐ μᾶλλον διὰ τὴν μορφὴν, ἢ διὰ τὴν σύνεσιν ὑπὸ τῶ Πτολεμαίω λίαν ἠράσθη.

Πτολεμαῖος ὁ βασιλεὺς ἐρώμενον εἶχε Γαλέτην ὄνομα, ἰδεῖν καλλιστον. ἀμείνων δὲ ἦν ἄρα τῷ μειρακίῳ γνώμη τῆς μορφῆς. πολλάκις γοῦν αὐτῷ καὶ ὁ Πτολεμαῖος ἐμαρτύρει, καὶ ἔλεγεν· ὦ ἀγαθὴ κεφαλὴ, κακοῦ μὲν ἐδεπώποτε ἐδενὶ γέγονας αἴτιος, πολλοῖς δὲ καὶ πολλὰ ἀγαθὰ πεπραξένηκας. ὁ μὲν ἵππευε σὺν τῷ

sec. Strab. XIV, p. 657. et numos Coorum, Coos tyrannide oppreſſerat, et numi huius inſulae exhibent caput laureatum cum inſcriptione ΝΙΚΙΑΣ, vid. Golzii Graecia tab. XXI. Sic paullo poſt pro Νικιππῳ legendum erit Νικιᾳ.

καὶ ἦν τοῦτο] Lugd. καὶ ἦν καὶ τὸ σ. Atque ita omnino legendum putat Periz., poſtulante id Graecismo et auctoris noſtri perpetua conſuetudine in ſimili nexu, vid. c. 3. in. 4. fin. c. 10. et 24. fin.

ἐρωμένος] ab ἐρασθῆναι, amari; de deliciis adhibetur, ſ. pueris illis formoſis, quos veteres amabant; ſynon. παιδικα. Sic infr. II, 24. med. ἐρωμένη, amica.

ἰδεῖν καλλιστον] viſu pulcerrimum. Saepiſſime Infinitivus Graecorum loco Latinorum adhibetur Supinorum; interdum tamen reſolui debet, per ut, v. c. II, 40. fin. v. c. Lucian. paludem, ait, βαθεῖαν τοῖς ποσὶν διβαίνειν, profundiorem, quam vt traiici poſſit. Sic expreſſit Horat. IV, od. 2. nimium videri.

ἀμείνων δὲ ἦν ἄρα τῷ μειρ.] Mſſ. B. et C. et Lugd. habent τοῦτο τὸ μειρακιον; quae Perizonio videntur maiorem praeferre emphaſin. Equidem Genitiuum probo, auctori Datiuo uſitatiorem; ſed legere τοῦτο mihi non opus eſſe videtur; emphaſin enim in ἀμείνων γνωμη puto eſſe quaerendam, non in τοῦτο τὸ μειρ.

γοῦν] V. ſup. ad cap. 14. in.

ὦ ἀγαθὴ κεφαλὴ] *o carum caput! Mi cariſſime!* Vox blandientis, pars pro toto; ſic Lat. *lepidum caput!*

πεπραξένηκας] Valken. in anim. adu. ad Ammon. c. 10. p. 201. pro-

τῷ βασιλεῖ τὸ μειράκιον· ἰδὼν δὲ πόῤῥωθεν ἀγομένους τινὰς ἐπὶ θανάτῳ, οὐ ῥαθύμως εἶδεν, ἀλλ' ἔφη πρὸς τὸν Πτολεμαῖον, ὦ βασιλεῦ, ἐπεὶ κατά τινα δαίμονα τῶν ἀγομένων ἀγαθὸν, ἐπὶ ἵππῳ ἐτύχομεν ὄντες,

 φέρε,

propriam vocabulorum προξενειν et προξενος vim explicans; προξενοι, ait, dicebantur priuati, quibus, in patria degentibus, honorificum hospitii ius cum alia ciuitate publicitus intercedebat; his id muneris erat praecipue iniunctum, vt sedulo prospicerent, ne quid publica istius ciuitatis res a ciuibus suis caperet detrimenti, legatos illinc venientes hospitio exciperent, ad populum deducerent, vtque iis bene esset, procurarent. Inde denique omnino προξενειν dicitur *praebere, tribuere.*

το μειρακιον] Glossema τυ ὁ μεν hoc mihi, vt Scheffero, antea videbatur, sed a Perizonio edoctus infr. II, 40. fin. nunc video Graecos, et saepissime Aelianum ita solere, v. c. I, 5. τυ δε — καταφρονει — ἡ αλωπηξ. II, 1 init. ὁ μεν ηγωνια, και — μειρακιον. II, 4. med. τυτον ελυπησε — τον Μελανιππον, et paullo post plane, vt hic, βαρεως — ὁ νεανισκος (Melanippus) ηνεγκεν — και ὡμολογει — ὁ Μελ. II, 6. in. Ἱππομαχος φασιν — καθικετο αυτυ — ὁ Ἱππομαχος. II, 19. fin. ελεγξαντες την εμπληξιν οἱ Λακεδαιμονιοι — II, 21. med. επει τοινυν ἑωρα — ηρετο — ὁ Αρχελαος. III, 1. in. VIII, 11. IX. 9. med.

επι θανατῳ] Non opus est τυ την, quod Faber requirit; sic inf. VIII, c. 14. in.

ου ῥαθυμως ειδεν, αλλ' εφη] Vulgatum ου ραθ. ειπεν, α. ε., quod, vt inepta plane et frigida oppositio, recte displicet Perizonio. Faber leg. εσχεν, non male, etsi Periz. non probat. Praetulerim tamen cum illo Schefferi faciliorem emendationem ειδεν pro ειπεν, quod firmant et codd. Sluisk. vterque Med. et duo regg; et sic infr. II, 28. med. XII, 58. med. V, 17. med.

κατα τινα δαιμονα των — αγ.] *genio eorum, qui ad supplicium ducuntur, bono ita regente*, v. ad I, c. 2.

επι ἱππῳ ετυχομεν οντες] Periz. prorsus putat scripsisse auctorem εφ' ἱππων, quia et ratio graecae linguae et vsus voculae επι id postulet; et ipse Ael. h. an. XII, 34. — οἱ Ἑλληνες επι των ἱππων, et inf. XI, 3. βαδιζειν εφ' ἁματων; it. Hesiod. θεογ. 998. Accedit Perizonio vir doct. (Abreschius) observ. misc. T. II. A Perizonio vero dissentiunt Tib. Hemsterhus. ad Aristoph. Plut. p. 124. d' Oruille ad Char. p. 171. quibus et cl. Kuhn. et Bach. ad Xen. symp. III, 10. adsentiuntur. Nota enim, ait hic, est illa casuum ap. optimos quosque auctores permutatio, cuius exempla attulit Bach. ad Xen. l. c.

Digitized by Google

φέρε, ἐὰν σοι δοκῇ, τὴν ἔλασιν ἐπιτείναντες, καὶ συντονώτερον ἐπιδιώξαντες, Διόσκουροι τοῖς δειλαίοις γενώμεθα σωτῆρες ἐνθα, καὶ ἀγαθοὶ παραστάται· τοῦτο δὴ τὸ λεγόμενον ἐπὶ τῶν θεῶν τούτων. ὁ δὲ ὑπερηθεὶς αὐτῷ τῇ χρησότητι, καὶ τὸ φιλοικίμεμον ὑπερφιλήσας, καὶ ἐκείνους ἔσωσε, καὶ ἐπὶ πλέον προσέθηκε τὸ φίλτρον τῷ κατ' αὐτὸν ἔρωτος.

ΚΕΦ.

φερε] Imperatiuus a *φερω*, accipit saepissime vim particulae adhortantis, plane vt *ἰθι*, *αγε* lat. *age! Num?* et vtrumque in vtroque numero et cum omnibus personis adhibetur. Etsi enim Zeune dicit, *φερε* nonnisi in singulari occurrere, et contra *αγετε* in plurali reperiri, *φερετε* tamen et in plurali reperies ap. Herodot. IV, c. 115. it. c. 127. quamquam *φερε* etiam cum personis plur. adhibetur. Caeterum de vsu huius voc. vid. plura exempla ap. Zeun. ad Viger. p. 307.

την ελασιν επιτειναντες] *agitationem* sc. *equorum intendentes.*

Διοσκουροι τοις δ. γενωμ. σ. ε.] Sensus est: *Appareamus miseris Castores seruatores isthic.* (quo scil. illi ducuntur, et nos equis citatis accurremus) vel *hoc temporis momento.* Nam *ενθα* tempus aeque ac locum notat, vt omnia paene Aduerbia loci, v. c. Hes. *εργ.* 493. *Διοσκουροι*, *Iouis filii*, cognomen Castoris et Pollucis — Ceterum Periz. *τα ενθα*, si penitus abesset, non valde se desiderare dicit, legereque potius *σωτηρες τε καὶ αγ.* Io. Kuhn. coni. *οντως.* Prorsus tamen nihil mutant Mss. Boluin. suspicatur legendum esse *σωτηρες ενθα καὶ αγαθοι παραστατ*, vt sit senarius iambicus veteris alicuius Tragici.

παραστατ] *παρισασθαι* maxime notat *auxiliari* vel praesto esse alicui ad auxilium ferendum. Epict. 39. *παρις*, *τῳ φιλῳ*. *παραστατης* vero speciatim notat militem, qui in acie alter alteri adstat, quibus sibi inuicem opitulari par est; v. Xen. hist. gr. IV, 3, 16. et Cyrop. IV, 5, 47. adstites; vnde etiam omnino socius pugnae, v. c. Xen. hist. gr. V, 5, 38. et Cyr. VI. 4, 14. Sed de diis adhibitum significat eos, qui praesides vel potius praestites et statores sunt hominibus; sic Cyrop. III, 3, 31. et infr. II, 17. med.

ὑπερηθεις] Sluisk. *ὑπερηθη*; Praeterit. Paff. pro Med.

προσεθηκε] Lugd. atque vnus reg. *τῳ φιλτρῳ*, quod praeferendum Perizon. putat. Nam *προστιθεναι τι*, pro *augere aliquid* durum esse et insolitum; at *προστιθ. το τινι adiicere aliquid alicui* siue rei, siue personae, vsitatum esse.

το φιλτρον] vel intendit simpliciter significationem amoris, vel notat beneuolentiam amoris. *Φιλτρον* pr. poculum amatorium, vnde omnino omne, quod vim habet conciliandi amoris,

Digitized by Google

ΚΕΦ. ΛΑ'.

Περσικὸς νόμος, περὶ τῶ δῶρα προσφέρειν τῶ βασιλεῖ.

Νόμος ἔτος Περσικὸς ἦν τοῖς μάλιστα ὑπ' αὐτῶν φυλαττόμενος, ὅταν εἰς Πέρσας ἐλαύνῃ βασιλεὺς, πάντες αὐτῷ Πέρσαι κατὰ τὴν ἑαυτῶ δύναμιν ἕκαστος προσ-

amoris, benevolentiae, f. amicitiae, v. Xen. Mem. II, 3. 11. 14. et III, 11, 16. Deinde amor erga liberos naturalis, amor coniugalis; denique omnis amor v. c. Anacr. Od. 34, 5.

εν τοις μαλιστα] est locutio elliptica, vbi *vel*, vt h. l. solum Participium praecedens adsumendum, et hoc modo noster locus ita plenus effet: *νομος φυλαττομενος εν τοις νομοις μαλιστα* (vel plenius, *κατα μαλιστα τρεπω*) *φυλαττομενοις*; simil. ellipsis et similiter supplenda v. II, 7. in. *Vel*, vt saepissime, deest Participium *εσι* cum Dativo, ex praecedentibus supplendo, v. c. inf. XIV, 40 in. *τυραννος εν τοις μαλιστα* (sc. *εσι τυραννοις*) *εδοξεν ωμοτατος*. Sic Plat. symp. c. 1. *Σωκρατης ερασης ων εν τοις μαλιστα* (sc. *εσε ερασταις*.) Paullo aliter Herodot. VII, c. 41. *ανηρ δοκιμος ὁμοια τῳ μαλιστα* sc. *δοκιμῳ* i. e. *vir spectatus vt qui maxime*, simili ellipsi latina, plenius: *vt is, qui eſt maxime* etc. vbi adiectum ex praecedentibus supplendum, v. Bos. ell. gr. voc. ω, p. 334.

νομος — ὑπ' αυτων φυλαττ.] pro *νομος εστι, ὃς φυλαττεται* etc. *ὑπ' αυτων* sc. *Περσων*, quod

sumendum, ex anteo. *περσικος*. Eodem modo Isocr. paneg. p. 148. *φασκοντες μεν λακωνιζειν, τουναντια δ' εκεινοις επιτηδευοντες*, vbi *εκεινοις* referendum ad *Λακωνες* in Verbo *λακωνιζειν*, qua Enallage pronomina saepius referenda reperiuntur ad nomen, in antecedentium aliquo latens.

ες Περσας] Non eſt, quod offendamus ad haec verba; recte enim dicitur rex Persarum *εξιεναι* et *ελαυνειν ες Περσας*, quando ex aula sua et vrbe regia prodit in publicum, in agrum et regionem populi sui. Plane ita etiam priuati ciues, ex aedibus suis in forum et conciones Athenienſium prodeuntes dicuntur II, 16. *παρελθειν ες Αθηναιους*. Sed et reuera rex Persarum profectus eſt in Perſidem, quum ille neutiquam habitarit semper in Perside, sed plerumque extra eam, modo Susis, modo Ecbatanis, modo Babylone, rarius Persepoli. Sic dic. Plut. Alex. p. 703. Xen. Cyr. VIII, 521. Quin ex hoc rariore aduentu in Perſidem, vel progreſſu in publicum et singulas eius regiones, quas ex instituto Cyri obire debebant, ortum esse videtur

Digitized by Google

προσκομίζει· ὅτε δὴ ὄντες ἐν γεωργίᾳ, καὶ περὶ γῆν πονέμενοι, καὶ αὐτουργοὶ πεφυκότες, ἐδέοντο τῶν ὑβρισμένων, ἐδὲ τῶν ἄγαν πολυτελῶν προσφέρεσιν ἐδὲ ἢ βῶς, ἢ οἶς, οἱ δὲ σῖτον, καὶ οἶνον ἄλλοι, παρεξιόνλε δ' αὐτῷ

detur, vt aduentanti regi munera, de quibus auctor hic agit, singuli attulerint.

ὅτε δὴ ὄντες] Proprie Accusatiuus Plural. Neutr. pro *καθ' ὅτε πράγματα*, et restrictio, nem notat; lat. *quatenus, vtpote, in wiefern*, et fere cum Partic. conjungitur. Nonnumquam per *quippe, nam, weil nämlich, nämlich*, reddi potest. — *Ὄντες ἐν γεωργίᾳ*, sunt ii, qui agros possident; a quibus differunt sequentes, *π. γῆν πονέμενοι, καὶ cet.*

αὐτουργοὶ] Αὐτουργος, qui ipse, nullo laboris socio adsumto, opus facit. Hic tamen non *opifices*, sed *agricolas* designantur, qui per se et suam ipsorum familiam colebant terram, vt faciebant antiquis temporibus plerique, in primis quando terrae adhuc vicatim habitabantur, quod vel maxime vsitatum fuit in Oriente. Tales erant ap. Terent. Menedemus, Demea, vnde etiam ap. Dionys. Halic. X. dicitur Qu. Cincinnatus *ex consulatu rediisse* et *vixisse*, vt prius, *τὸν αὐτουργον βιὸν, vitam rusticam*; vid. et Schol. ad Thucyd. I, c. 141. Tamen interdum hoc voc. ad opifices et mercenarios transfertur, hic vero pauperioribus opponitur, qui fuerunt sine dubio opifices et mercenarii, qui diurni victus gratia suam operam illis agricolis locabant. Vid. et ad XII, 43. med. vbi et seruis opponitur; nam *αὐτουργος* est homo liber, verum pauper, qui suum opus ipse facit, sed sibi, non alteri, atque ita nemo est alterius *αὐτουργός*. Xen. symp. I, *αὐτουργος τῆς φιλοσοφίας*, est, qui sine magistri praeceptis philosophiae cognitionem sibi comparauit.

ὑβρισμένων] Ὑβριζειν pr. adhibetur de omnibus omnino animi commotionibus, quas omnium rerum copia excitat, lat. *nimia fortuna insolescere*, hinc *alios superbe, insolenter et contumelioſe tractare iniuriaque adficere*, v. inf. VIII, de equo, *lasciuire, ferocire*, VII, 5. cui opponitur *σωφρονειν*, vt *σωφρων* et *ὑβριστης*, Xen. Apol. c. 19. Cyr. VIII, 1, 30 et 4, 14. Vnde etiam *ὑβρισμενα*, res, in quibus quis luxuriat. Sed quia rei, qua insolescit aliquis et superbit, saepe nimium pretium attribuitur, hinc fit, vt *ὑβρισμενον* verti possit res vilis, parui pretii, vt hic vult cl. Kühn. et Morus v. cel. ad Cyr. II, 4, 5. Zeunoque ad Vig. p. 399. probat. Dona illa, *ἃ ὑβρισμενα* ad *αὐτουργους* sunt referenda, non ad *ἐνδεεστερα*.

οἱ δὲ σῖτον, καὶ οἶνον ἄλλοι] Sic codd. Lugd. et Sluisk. vterque Medic. et regii omnes, ac

δ' αὐτῇ, καὶ παρελαύνοντι, ταῦτα ὑπὸ ἑκάστε πρόκειται, καὶ ὀνομάζεται δῶρα, καὶ δοκεῖ τότω. οἱ δὲ ἔτι τότων ἐνδεέστεροι τὸν βίον, καὶ γάλα καὶ φοίνικας αὐτῷ καὶ τυρὸν προσφέρουσι καὶ τραγήματα ἀρχαῖα, καὶ τὰς ἄλλας ἀπαρχὰς τῶν ἐπιχωρίων.

ΚΕΦ. ΛΒ'.

Περὶ δεδωρημένε ὕδατος τῷ Περσῶν βασιλεῖ.

Λόγος ἐν καὶ ἔτος Περσικός. Φασὶν ἄνδρα Πέρσην, ᾧ ὄνομα ἦν Σπανίτης, πόρρω τῆς ἀπαύλεως τῆς ἑαυτῦ ἐντυχεῖν

ac verius, quam Camilli Peruſci ἡ δὴ σίτου — Eſt vſitatiſſimum idioma linguae graecae, in partitionibus: ὁ μὲν — ὁ δὲ, alter, — alter, Gall. l'un — l'autre v. c. III, 45. fin. Neque tamen non multis modis variant, modo enim reperitur ὁ μὲν — ſequente nomine Subſtantivo vel Adiectivo cum δὲ pro Articulo praepoſ. v. c. οἱ μὲν — Ἀθηναῖοι δὲ, it. ὁ μὲν — ἕτερος δὲ, et, vt hic ἄλλος, vbi καὶ pro δὲ poſitum eſt. Modo τις adiunctum Articulo vel priori, vel poſteriori, vel vtrique; modo pro Articulo praepoſitio Articulus poſtpoſitivus, ὃς μὲν — ὃς δὲ, v. c. inf. VI, 2. med. τὰς μὲν τῶν ἀνδρῶν — εἰς δὲ — εἰς δὲ etc. pro τὰς δὲ; ſic et XIII, 46. fin. Modo εἷς μὲν — εἷς δὲ. Saepe etiam membrum poſterius, τὸ δὲ aliquoties repetitur.

ταῦτα ὑπ' ἑκάστε] ſc. δίδοται.

καὶ δοκεῖ τότῳ] Nec mihi diſplicet cum cl. Kühn. vulgata lectio τότῳ, qui vertit: *illas vel, quae ab vnoquoque ad viam proponuntur, non ſolum dona vocantur, ſed ipſi regi quoque talia eſſe videntur.* Niſi forſan ad δοκεῖ potius ſubintell. ἐν, ita, vt ſit, *et regi dona placent, rex iis gaudet.* Sic enim δοκεῖν, vel cum ἐν, vel ſine ἐν, placere, vt Latinorum *videtur* reddi notum eſt, v. c. paſſim Demoſth. in ſermonibus forenſibus et aliis locis. Fabri certe coniectura, τότῳ, quam Periz. amplectitur, non opus eſt.

τὸν βίον] ſc. κατὰ.

τραγήματα ἀρχαῖα] *poma*, ſ. fructus, qui crudi in ſecundam menſam apponi ſolent, et iſta parte anni, in qua rex regiones obibat, maturi erant. Vid. Xen. anab. V, 3, 12. A τρώγω edo, τρωκτὸς, eſculentus. Ὥρα, *tempus anni.*

ἀπαρχὰς τῶν ἐπιχωρίων] *primitias fructuum, quae in illa regione naſcuntur*; vnde ἀπαρχάζειν, vid. inf. X, 18. fin.

Φασὶν ἄνδρα] Vid. Plut. Apophth. inſig.

Digitized by Google

ἐντυχεῖν Ἀρταξέρξῃ τῷ ἐπικαλεμένῳ Μνήμονι. εἰπόλεις θέντα ἐν Θορυβηθήναις δέει τῷ νόμῳ καὶ αἰδοῖ τῇ βασιλέως· ἐκ ἔχων δὲ ὅ, τι χρήσεται τῷ παρόντι, ἡττηθήναι τῶν ἄλλων Περσῶν μὴ φέρων, μήδε ἄτιμος δόξας, τῷ μὴ δωροφορῆσαι βασιλέα. ἀλλ' ἐτός γε πρὸς τὸν ποταμὸν τὸν πλησίον παραερρέοντα, ᾧ Κῦρος ὄνομα, ἐλθὼν σὺν σπουδῇ, καὶ ᾗ ποδῶν εἶχε μάλιστα, ἐπικύψας, εἰμφο-

ἀπολαφθεὶς] absolute hic positum, notat *destitutum* omni copia et facultate agendi, quod vellet aut deberet agere. Sic Epict. c. 42. *α δ' ἐν ἀλλοφύλοις ἀπολαφθεὶς τυχοις σιωπα, si inter alienigenas solus et auxilio destitutus sis, tace.* Sic dicitur ἀπολαπεσθαι, absolute, *deseri* s. *relinqui a scientia* i. e. *plane ignarum esse rei*, vbi subintell. τῆς σοφιας.

ουκ ἐχων ὅ, τι χρήσεται τῷ παρόντι] *non habens* i. e. *nescius, quomodo uteretur praesenti casu*, i. e. quid faceret praesenti tempore. Sic χρασθαι πραγματι τινι est *versari in aliqua re*, vel etiam *se gerere* v. c. Epict. enchir. c. 33. §. 12. καὶ ουκ ἀπορησεις του χρησασθαι προσπιοντως τω ἐπεσοντι, *non haesrebis, quomodo te geras erga id, quod inciderit*, et χρησις est *ratio* et *modus*, quo actio instituitur, s. quomodo rem facimus, aut gerimus v. c. Epict. c. 10. χρασθαι τοις κακοις ανδρεως, *fortiter ferre mala*. Ad ὅ, τι suppl. κατα Sic. II, 10. ουκ ἐχειν ὅποι, — *nescire quo loco* — Xen. Cyr. I, 4, 24. ουκ ἐχων ὅ τι χρη λεγειν. II, 1, 48. ουκ ἐχω, τι μειζον εἰπω — Τῷ παρόντι sc. χρονῳ. Nec aliter Latini, Caes. B. G. III, 3. *non habebam, quomodo se defenderent.*

ἡττηθήναι των] sc. ὑπο.

μηδε ἄτιμος δόξας, τῷ μὴ δωροφορησαι βασ.] μηδε φερων δόξαν ατιμος, *nec patiens, ut videretur honore esse carens, eo', quod munus regi non obtulerit.* Graecis Infinitivo Articulus Neutr. Gen. per omnes Casus adiungitur, ita, vt nunc *Gerundia*, nunc *Supina* Latinorum exprimantur. Interdum etiam per *quod*, *vt* etc. resolui debet, v. c. Dem. p. Cor. c. 31. in. σεμνυνομαι, ὁ τῳ γραψης ἀποφυγων, *glorior, non quod absolutus sim.* Nec non *Infinitivus*, per se solum positus sine Articulo ita adhibetur, v. c. inf. IX, c. 15, εδωκεν αυτῃ πρωικα ἐχειν, *dedit illi, vt habeat*, it. καλως εἰδεν, *pulcre vixit.*

ᾗ ποδων εἶχε, etc.] Vid. sup. c. 11. et II, 44. in. Μαλιστα male cum επικυψας coniungebatur. Rectius ponendum erat comma post μαλιστα, sensus enim est: *Et quantum maxime pedibus poterat*, scil. ελθων et ita deinde επικυψας. Cl. Kühnio μαλιστα, quoque rese-

ras,

ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶν ἀρυσάμενος τοῦ ὕδατος, βασιλεῦ (φησὶν) Ἀρταξέρξη, δι' αἰῶνος βασιλεύοις! νῦν μὲν οὖν σε, ὅπῃ τε, καὶ ὅπως ἔχω, τιμῶ, ὡς ἂν μὴ ἀγέραστος, τὸ γοῦν ἐμὸν, καὶ τὸ κατ' ἐμὲ, παρέλθῃς. τιμῶ δέ σε Κύρου ποταμοῦ ὕδατι. ὅταν δὲ ἐπὶ τὸν σταθμὸν τὸν σὸν παραγένῃ, οἴκοθεν, ὡς ἔνι μάλιστα, ἑαυτοῦ κρά-

ras, non recte se habere videtur, tentabat igitur aliquando ταχιστα. Equidem nescio, cur ἡ ποδὼν εἰχὲ μάλιστα, non bene dicatur. Plenissime enim tota sententia sic se habet: καὶ ταυτῃ ὁδῷ, ἡ (ὁδῷ) μαλιστα εἰχε την δυναμιν των ποδων, vel: α. τ. ὁ, ἡ μαλιστα εἰχε περι ποδων. Ac praeterea μαλιστα et ταχιστα non nisi hoc modo differunt, vt μάλιστα generaliter indicet summum gradum eius, quod per vocalam exprimitur, scilicet h. l. celeritatis; ταχιστά autem iam per se specialiter summum gradum celeritatis, ita, vt hoc modo idea celeritatis bis exprimeretur, quod mihi certe non opus esse videtur. Ceterum ἡ cum Superlatiuo coniunctum nonnisi *quam* exprimit, graece ὡς et Theodor. Gaza Ciceronis *quam maxime possumus* graece reddit: ἡ μάλιστα δυνατον.

του ὕδατος] sc. τι, vid. supr. c. 7. med.

δι' αιωνος βασιλευοις] formula fausta quaeuis adprecantis, v. exempla passim in S. S. v. c. Dan. 6. et 11. Esdr. 2, 2. ex qua cum regibus agentes initium sermonis epistolaeue ducebant.

ὅπῃ τε καὶ ὅπως εχω] Ὅπῃ et ὅπως ita differunt, vt per illud, res, qua; per hoc, modus, quo honorare possit regem, exprimatur. Sic Plat. Phaed. c. 49. εκεινου τε καλου — κοινωνια, ειτε ὅπῃ δη και ὅπως προσγενομενη, communicatio illius boni, *siue quacumque via* (s. quibus rebus) *siue quo modo conueniat*.

το γουν εμον, και το κατ' εμε] Fab. et Scheff. posteriora delent, Kuhn. retinet, quasi bis idem dicere voluerit auctor; mire profecto Periz. fluctuare videtur. Sed sana vtique est lectio; nam, vt ipse exposuit Periz., prius referendum est ad bona hominis, quasi parua et vilis pretii, vel fortasse potius ad rem, sc. aquam, qua sola donare regem licebat, isto temporis momento, quum incidit in regem; posterius ad personam, tamquam hominem infimae conditionis, cui non convenit donare res magnas. Το καθ' ἑαυτον, ap. Plat. symp. c. 11. §. 4. sicut §. 3. το ἑαυτου notat mores, *den Charakter*.

σταθμους] Persarum enim reges itinera sua descripserant in σταθμους βασιληιους, vt Herod. ait V. c. 52.

οικοθεν, ὡς ενι μαλιστα ἑαυτου — χωρησ.] Locus est intricatissimus et male cohaerens. Kuhn.

Digitized by Google

κρατίστω καὶ πολυτελέστατα χωρήσαιμι, ἕτω τιμήσω σε· καὶ δὴ ἐδὲν ἐλάττων γενοίμην τινὸς τῶν ἄλλων τῶν ἤδη σε δεξιωσαμένων τοῖς δώροις. ἐπὶ τούτοις ὁ Ἀρταξέρξης ἥσθη, καὶ δέχομαι ἡδέως, (φησὶν) ἄνθρωπε, τὸ δῶρον, καὶ τιμῶ γε αὐτὸ τῶν πάνυ πολυτελῶν, καὶ ἰσοστάσιον ἐκείνοις λέγω· πρῶτον μὲν, ὅτι ὕδωρ ἐστὶ τὸ πάντων ἄριστον· δεύτερον δὲ, ὅτι Κύρου ὄνομα ἐν ἑαυτῷ φέρει. καὶ σὺ δέ μοι καταλύοντι ἐν τῷ σταθμῷ πάντως ἐπιφάνηθι. ταῦτα εἰπὼν προσέταξε τοῖς εὐνέχοις λαβεῖν τὸ ἐξ αὐτοῦ δῶρον. οἱ δὲ τὴν ταχίστην προσδραμόντες, εἰς χρυσῆν φιάλην ἐδέξαντο ἐκ τῶν χειρῶν αὐτοῦ τὸ

Kuhn. censet χωρεῖν simpliciter hic dici pro γίνεσθαι, sed quando χωρεῖν hanc τὸ γίνεσθαι significationem admisit, vt simpliciter dici queat, *fieri* s. *esse?* Probat ergo hic Perizonius significationem *capiendi, tenendi*, et, vt locus plane expediatur, recipit lectionem Mss. Lugd. et reg. 3064. ὡς ἂν μάλιστα ἑαυτοῦ κρ. καὶ πολ. χωρήσ. ἕτω etc., sensus iam hic erit: *Domo, vt maxime capero, vel capere potuero, ferens praestantissima et pretiosissima rerum mearum, ita te iis honorabo.* Vide enim de hac potestate huius verbi supra ad c. 3 allata. Ab his, a Perizonio notatis abit Vir doct. in Observ. Misc. III, p. 84. dicens, nulla exempla occurrere, in quibus χωρῶ τινὸ, *pro manibus fero* dicatur, etsi animus, vas, mensura manus etc. χωρεῖν τι occurrat, coniicit ergo χωρηγήσαιμι, cui adsentirer cum cl. Kuhn. si scirem, χωρεῖν τι non aeque dici posse hominem ac rem, etiamsi non occurrat ab aliquo auctore dictum. Nullo enim plane modo mihi persuasum esse potest, non fuisse locutionès vere graecas, quae etsi non occurrant in auctoribus, qui exstant, a Graecis adhibitae esse potuerint, modo non abhorreant a genio linguae. De ἑαυτοῦ, cum omnibus Personis coniuncto vid. sup. c. 21. med.

τιμῶ γε αὐτὸ τῶν π. πολυτ.] Genitiuus pendet a nomine δῶρον, *et aestimo illud donum, quasi vnum ex pretiosissimis.* Sic infr. VI, c. 7. ἦσαν δὲ οἰκέται τῶν Εἱλώτων, *erant hi serui ex genere Helotarum* XIII, 1. et sup. c. 11. in. Plene v. inf. c. 34. extr. τῶν βασιλικῶν δικαστῶν ἀριθμὸν (sc. αὐτὸν) ἐποιήσατο, *fecitque eum vnum iudicum reg.* i. e. adiecitque eum numero iudicum regiorum.

ὕδωρ ἐστὶ τῶν πάντων ἄριστον] Vid. Pind. Olymp. I. in.

τὴν ταχίστην] plene κατὰ τὴν τάχ. ὁδὸν, s. βαδισιν, *celerrimo*, frequentissimum.

Digitized by Google

τὸ ὕδωρ. ἐλθὼν δὲ ἔνθα καὶ ἔλυεν ὁ βασιλεὺς, ἔπεμψε τῷ ἀνδρὶ τῷ Πέρσῃ στολὴν Περσικὴν, καὶ φιάλην χρυσῆν, καὶ χιλίους δαρεικοὺς, καὶ προσέταξε τὸν κομίζοντα αὐτὰ εἰπεῖν τῷ λαμβάνοντι· κελεύει σε βασιλεὺς, ἐκ μὲν τούτου τοῦ χρυσίου εὐφραίνειν τὴν σεαυτοῦ ψυχήν, ἐπεὶ καὶ σὺ τὴν ἐκείνου εὔφρανας, μὴ αὐτὸν ἀγέρασον, μηδὲ ἄτιμον ἐάσας, ἀλλ' ὡς ἥδη ἐχώρει, ταύτην τιμήσας. βέλεσι δὲ σε καὶ τῇ φιάλῃ ταύτῃ ἀρυόμενον, πίνειν ἐξ ἐκείνου τοῦ ὕδατος.

ΚΕΦ. ΛΓ'.

Περὶ μεγάλης ῥοιᾶς τῷ αὐτῷ δεδωρημένης.

Ῥοιὰν ἐπὶ λίκνου μεγίστην ὁ Μίσης Ἀρταξέρξῃ τῷ βασιλεῖ ἐλαύνοντι τὴν Περσίδα προσεκόμισε. τὸ μέγεθος ἔν αὐτῆς ὑπερεκπλαγεὶς ὁ βασιλεὺς, ἐκ ποίας παραδείσου, φησὶ, λαβὼν φέρεις μοι τὸ δῶρον τοῦτο; τοῦ δὲ εἰπόντος, ὅτι οἰκοθεν, καὶ ἐκ τῆς αὐτοῦ γεωργίας, ὑπερήθη,

Δαρεικοὺς] Vid. ad cap. 22. fin.

ὡς ἥδη ἐχώρει] Faber emendat, ὡς ἦ δὴ ἐχώρει, quod placet nec Periz. nec Kuhnio; ac recte. Illi videtur coniectura Kuhnii legentis ὡς δὴ ἐχ. sese approbare, *vti quidem licebat, vt ferebat res;* cui plane consentio. Sic alibi passim.

ὁ Μισης] Mss. b. c. et Lugd. ὁ Μιθρας, quod veram esse lectionem Scheff. suspicatur. Reliqui vero codd. seruant ὁ Μισης. Praefert Periz. Plutarchi (in Artax.) lectionem ωμισης, quod multum conuenit cum nomine Aegyptii regis Amasis. Nam vocales, vt monet Periz., in nominibus orientalium, sic et Aegyptiacae linguae diuersis plane modis efferuntur a Graecis. Sic Axares et Xerxes, idem plane nomen erant. Praeterea Articulus ad nomen hominis adeo ignoti minime requiritur, sed rectius abest.

τὸ μεγεθος] sc. κατα.

ὅτι οἰκοθεν etc.] sc. ἐφερε τουτο.

τοῦ δὲ εἰποντος] Genitiui consequentiae. Graeci enim et Nominatiuis, (v. c. II, 11. in.) et Genitiuis et Datiuis (v. c. X,

Digitized by Google

ὑπερήθη, καὶ δῶρα μὲν αὐτῷ βασιλικὰ ἔπεμψε, καὶ ἐπῆπε, νὴ τὸν Μίθραν, ἀνὴρ ἔτος ἐκ τῆς ἐπιμελείας ταύτης δυνήσεται καὶ πόλιν, κατά γε τὴν ἐμὴν κρίσιν, ἐκ μικρᾶς μεγάλην ποιῆσαι. ἔοικε δὲ ὁ λόγος ὁμολογεῖν ἔτος, ὅτι πάντα ἐκ τῆς ἐπιμελείας, καὶ τῆς διαρκοῦς φροντίδος, καὶ τῆς σπουδῆς τῆς ἀνελλιποῦς, καὶ τῶν κατὰ φύσιν δύναιτο ἂν κρείττονα γενέσθαι.

ΚΕΦ. ΛΔ'.

Περὶ πατρὸς υἱῷ θάνατον καταγινώσκεσθαι ζητοῦντος.

Ἀνὴρ γένει Μάρδος, ὄνομα Ῥακώκης, παῖδας εἶχεν ἑπτά. ἀλλὰ τούτων ὁ νεώτατος ἐκαλεῖτο Καρτώμης· καὶ δὲ πολλὰ τοὺς μάγους ἐργάζετο. καὶ τὰ μὲν πρῶτα

21 in.) et Accuſatiuis conſequentiae vtuntur, vt Latini Ablativis. Exempla vid. ap. Xen. Mem. I, 3. 2. ib. Erneſt.

Μίθραν] Iurat per Solem, quem ſub hoc nomine adorabant Perſae.

ἀνελλιπεῖς] Vir doct. obſ. Miſc. II. coniicit ἀνεκλιπεῖς — Ceterum Xen. Oec. tradit, reges Perſarum bonam ditionis ſuae partem obire, et ſi quem agrum nitidius cultum animaduertiſſent, coloni induſtriam donis aliisque praemiis proſequi ſolitos.

Μάρδος] Mardi erant gens Hyrcanorum, et proximi Perſis, vt tradit Strab. XI, p. 524.

Ἄλλα τούτων] Ἄλλα hic eſt continuatiuum pro δὲ, omiſſo μὲν in praecedentibus, vt ſaepius, vid. et paullo poſt. Sic uti puto poſt ἐκαλεῖτο μὲν eſſe ſubintelligendum, τῷ δὲ in ſequentibus reſpondens.

τοὺς μάγους] Schott. et Scheff. volunt μαρδοὺς, populares ſuos. Nemo vero Magorum hic memoratur, ſed tantum fratrum, familiae et generis meminit pater in accuſatione filii apud regem. Cuperus ergo p. 299. emendat τοὺς μὲν ἄλλους ſc. παῖδας, quod Perizon. probat, abiecto tamen μὲν. Gronouii coniecturam, μαζοὺς pro μάγους legentis probarunt Cuper. et cl. Meinecke. Ceterum Magos Perſarum ſacerdotes fuiſſe conſtat, vid. inf. II, 17, quorum vnus, Cambyſe mortuo, ſub nomine Smerdis, fratris Cambyſis regno potitus eſt, quo non diu vſus a ſeptem coniuratis principibus trucidatus eſt.

Digitized by Google

πρῶτα ἐπειρᾶτο αὐτὸν ὁ πατὴρ παιδεύειν, καὶ ῥυθμίζειν λόγῳ. ἐπεὶ δὲ ἐκ ἐπείθετο, τῶν δικαστῶν περιχώρων ἀφικομένων, ἔνθα ᾤκει ὁ τῆ νεανίσκε πατὴρ, αὐτὸς ἐκεῖνός γε συλλαβὼν τὸ παιδίον, καὶ τὼ χεῖρε ὀπίσω περιαγαγὼν αὐτῆ, πρὸς τὰς δικαστὰς ἤγαγε, καὶ ὅσα αὐτῷ τετόλμηται, πάνθ' ἁπλῶς κατηγόρησε, καὶ ἦτει παρὰ τῶν δικαστῶν, ἀποκτεῖναι τὸν νεανίσκον. οἱ δὲ ἐξεπλάγησαν, καὶ αὐτοὶ μὲν ἀφ' ἑαυτῶν ἐκ ἔκριναν τὴν καταδικάζεσαν ἀγαγεῖν ψῆφον· ἀμφοτέρως δὲ ἐπὶ τὸν βασιλέα τῶν Περσῶν τὸν Ἀρταξέρξην ἤγαγον.

παιδευειν καὶ ῥυθμιζειν λογῳ] Λογῳ pertinet ad vtrumque verbum, cuius significantis omnino *admonitionem paternam*, *filium coercentem*, posterius tamen praecipue notat, *aliquem in viam vitae bene ordinatae ducere*; proprie enim significat *aliquem ad ordinem reuocare*, Hesych. ῥυθμιζει, κανονιζει.

των δικαστων των περιχωρων] Περιχωροι δικασται sunt iudices regionis illius, in qua habitat pater. Περιχωρος tractum aliquem regionis notat, respectu huius aut illius loci, in ista regione siti. Iudices autem illi apud Persas peragrabant regionem sibi commissam, plane vti ap. Romanos praesides prouinciarum iure dicundo conuentus suae prouinciae circumibant, vt loquitur Sueton. Caes. c. 7.

αλλ' εκεινος γε] Αλλα hic pro δε continuatiuo, praecedente εκει, intermissis aliquot verbis. Ac γε restringens exprimit latius ipse.

ὅσα αυτῳ τετολμηται] Est frequentissimus imo fere perpetuus Graecorum mos, cum Nomine Neut. Plur. Verbum Singul. Num. coniungere, exemplaque vbique lecorum occurrunt. (de alia fim. Enallage vid. supr. ad I, 26.). Nec minus solent *Datiuum* Personae Praeteritis Pass. adiungere, vbi fere intelligi potest παρα.

ητει αποκτειναι] *petebat*, *vt interficerent filium*, vid. ad cap. 32. in.

αφ' ἑαυτων] rectius pro αφ' ἑαυτων. Saepe enim επι et υπο loco se inuicem detrusere suo. Sic επιδιδοναι et υποδιδ. saepe permutantur. Vt περι et παρα vid. sup. ad cap. 1. extr. Εφ' ἑαυτα notat id, quod quis facit, *per* et *apud se solum*, cum exclusione aliorum, sic supra c. 6. med. λογισεται, ὡσε εφ' ἑαυτων etc. Ita *priuata vita*, quam quis agit, hoc exprimitur, vid. Epict. c. 40.

καταδικαζεσαν αγ. ψηφον] *damnatoriam ferre sententiam*. Calculis enim sententias ferre solebant in iudiciis, ac *niger* quidem damnabat, *albus* absoluebat.

Digitized by Google

τὰ αὐτὰ δὲ λέγοντος τῷ Μάρδῳ, ὑπολαβὼν ὁ βασιλεὺς ἔφη, ἔτα τολμήσεις τοῖς ὀφθαλμοῖς τοῖς ἑαυτῷ τὸν υἱὸν ἀποθνήσκοντα ὑπομεῖναι; ὁ δὲ ἔφη, πάντων μάλιστα. ἐπεὶ καὶ ἐν τῷ κήπῳ, ὅταν τῶν φυομένων θριδακίνων τὰς ἐκφύσεις τὰς πικρὰς ἁπλῶς καὶ ἀφαιρῶ, ἐδὲν ἧ μήτηρ αὐτῶν ἡ θριδακὶ ἢ λυπεῖται, ἀλλὰ θάλλει μᾶλλον, καὶ μείζων καὶ γλυκεῶν γίνεται. ἅμα καὶ ἐγὼ, ὦ βασιλεῦ. τὸν βλάπτοντα τὴν ἐμὴν οἰκίαν, καὶ τὸν τῶν ἀδελφῶν βίον, ἔφη, θεωρῶν ἀπολλύμενον, καὶ τῆς κακοργίας τῆς εἰς αὐτὸν παυόμενον, καὶ αὐτὸς αὐξηθήσομαι, καὶ τοῖς λοιποῖς τοῖς κατὰ γένος συνέσομαι τὰ αὐτὰ ἐμοὶ εὖ πράσχουσιν. ὧν ἀκού-

σας

ἔτα] Ἔιτα cum interrogationibus coniunctum intendit et vehementiam, vt h. l. et IV, 10. in. vel etiam saepe obiectionem interrogantis denotat, v. c. Aristoph. Plut. 79. ipsum autem non interrogat, vt nonnulli putarunt.

τὸν υἱὸν ἀποθν. ὑπομεῖναι] *mortem filii sustinere oculis suis*, posse constanter videre filium morientem.

θριδακίνων] Plura de vsu lactucae ap. veteres vid. Athen. II, c. 27.

Ἅμα καὶ ἐγὼ] *pariter et ego, simul cum lactuca.* Nec quid mutandum. 1 Tim. 5, 13. ἅμα δὲ καὶ ἀργαὶ μανθάνουσι vid. c. 10.

τὸν τῶν ἀδελφ. βίον] *ipsos fratres, eorumque viuendi rationem.* Sic intelligi posse ea putat Tib. Hemsterh. ad Lucian. dial. select. p. 72. confertque cum his Propert. I, el. 2. *his tu semper eris nostrae gratissima vitae.* Phaedr. I praef. *vitam monere consilio.* Plin. H. N. XXVIII, c. 2. *omnibus horis cruditas vita nec sentit.* Plura exempla citat Hemsterhus. l. c.

ἐκε, θεωρῶν ἀποθ.] Iac. Gronov. coniecit ἐγὲ θεωρῶ ἀποθ.; non male, sententia cl. Kühnii, dummodo codicis auctoritas accederet. Ceterum construatur sic: ἐγω — θεωρ. τὸν βλαπτ. (i. e. ὃς βλαπτει) τὴν οἰκιαν — — , ἀποθ. (pro ὅτε ἀπολλυται) καὶ παυομενον (ὅτι παυεται).

τοις κατα γενος] sc. αὐτοῖς, i. e. *consanguineis, cognatis.*

συνεσομαι] frequenter adhibetur h. verbum de conuictu matrimonii et Veneris furtivae, sic IX, 8. in., sed et de quouis alio. Maxime tamen arridet mihi Periz. coniectura συνησομαι, *oblectabo me cum iis.*

τὰ αὐτὰ ἐμοὶ] Ὁ αὐτος, *idem*; coniungitur plerumque cum Datiuo eius, qui priori similis est. Latini id saepius imitati sunt, v. c. Sallust. Catil.

Digitized by Google

σεως Ἀρταξέρξης ἐπήνεσε μὲν τὸν Ῥακώκην, καὶ τῶν βασιλικῶν δικαστῶν ἐποίησεν ἕνα, εἰπὼν πρὸς τὰς παρούσας, ὅτι ὁ περὶ τῶν ἰδίων παίδων ἔτω δικαίως ἀποφαινόμενος, πάντως καὶ ἐν τοῖς ἀλλοτρίοις ἀκριβὴς ἔσαι δικαστὴς, καὶ ἀδέκαστος. ἀφῆκε δὲ καὶ τὸν νεανίαν τῆς παρούσης τιμωρίας, ἀπειλῶν αὐτῷ θανάτε τρόπον βαρύτατον, ἐὰν ἐπὶ τοῖς φθάσασιν ἀδικῶν φωραθῇ ἕτερα.

til. c. 80. Ouid. et Virg. passim. Tamen pro Datiuo etiam καὶ reperitur, v. c. Dem. p. Cor. c. 58 fin.

ἐν τοις ἀλλοτριοις] Sluisk. ἐπι τοις ἀλλ.

ἀδέκαστος] *incorruptus*. De iudicibus munerum splendore non excoecatis et corruptis; vox solemnis, a δεκάζειν, *donis corrumpere*, quod oritur a δεκεδαι.

θανατε τροπον βαρυτατον] Adiecit τροπον, vt durities et vehementia supplicii magis exprimatur, atque adpareat adolescenti.

ἐπι τοις φθάσασιν] *Praeter* (sic saepe ἐπι c. Dat. reperitur) *antea perpetrata*, a φθάνειν, *praeuenire*.

Digitized by Google

ΑΙΛΙΑΝΟΥ ΠΟΙΚΙΛΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΒΙΒΛΙΟΝ ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

ΚΕΦ. Α'.

Πῶς ὁ Σωκράτης ἐθάρσυνε τὸν Ἀλκιβιάδην, ὥσε μηκέτι μᾶλλον τῷ πρέποντος εὐλαβεῖσθαι τὸν δῆμον.

Καὶ ταῦτα Σωκράτες πρὸς Ἀλκιβιάδην. ὁ μὲν ἠγωνία, καὶ ἐδεδίει πάνυ σφόδρα εἰς τὸν δῆμον παρελθεῖν

Αλκιβιαδην] Wolfius V. doctiff. ad Plat. Symp. c. 37. §. 4. Aelianum suspicatur nostram historiolam ex illo loco sumfisse, memoriaeque vitio immutasse Charmidem in Alcibiadem, cuius animus a timiditate a pueris abhorruisse videatur. Sed, pace huius viri cel. fluctuari me fateor, quum non raro, non modo adolescentes, sed et ipsos viros repereris, qui etsi audaces, ita, vt singulos, in primis inferioris conditionis sine vllo timore adgrediantur, vt Alcibiades h. l., totam tamen concionem reuereantur; deinde Charmides vix vmquam magistratu functus esse videtur, quamquam, vt concionaretur, fieri potuisse concesserim.

Και ταυτα Σωκρατες] Hoc initium capitis huius signe esse mihi videtur, id cum alio sermone, haec verba praecedente, pariterque ad Socratem attinente coniunctum fuisse. Nec alibi carent Nostri historiae talibus indiciis, eas ab auctore ex sexcentis aliis locis esse consutas inprimisque ex Athenaeo. Pro Σωκρατες, vbi intell. επη, cod. Lugd. non male habet Σωκρατης scil. επε. Sic I, 16 med. ταυτα τον Σωκρατην ὁ Απολλοδωρος. Ceterum vid. et Plat. Alcib. I.

Ὁ μεν] pro ἑτος. Sic saepissime solent et Ionici et Attici.

εδεδιει] Plusquamp. Med. pro εδεδοικει a δεδω timeo.

Digitized by Google

θεῖν τὸ μειρακιον. ἐπιθαρσύνων δὲ αὐτὸν, καὶ ἐγείρων ὁ Σωκράτης, ἐ καταφρονεῖς (ἔιπεν) ἐκείνε τῦ σκυτοτόμε; τὸ ὄνομα εἰπων αὐτῦ. φήσαντος δὲ τῦ Ἀλκιβιάδε, ὑπολαβὼν πάλιν ὁ Σωκράτης, ἔτι δὲ ἐκείνε, τῦ ἐν τοῖς κύκλοις κηρύττοντος; ἢ ἐκείνε τῦ σκηνοῤῥάφε; ὁμολογῦντος δὲ τῦ Κλεινίε μειρακίε, ἐκεῖν, ἔφη ὁ Σωκράτης, ὁ δῆμος ὁ Ἀθηναίων ἐκ τοιῦτων ἥθροισται; καὶ εἰ τῶν καθ' ἕνα καταφρονεῖς, καταφρονητέον ἄρα καὶ τῶν ἠθροισμένων. μεγαλοφρόνως ταῦτα ὁ τῦ Σωφρονίσκε καὶ τῆς Φαιναρέτης, τὸν τῦ Κλεινίε καὶ τῆς Δεινομάχης διδάσκων.

ΚΕΦ. Β'

Περὶ γραφῶν ἐπαινεμένων κακῶς.

Μεγαβύζε ποτὲ ἐπαινῦντος γραφὰς εὐτελεῖς καὶ ἀτέχνες, ἑτέρας δὲ σπουδαίως ἐκπεπονημένας διαψέ-

 γοντος,

το μειρακιον] Vid. sup. ad I, 30 med.

Φήσαντος] *Quum adfirmaret Alcib.* Sic hoc verbum adfirmandi potestatem habet, v. c. Aristoph. Plut. 96. it. 143. 214. φημ' ἐγω.

ετι δὲ εκεινε] sc. ἐ καταφρονεις;

ὁ δημος ὁ Αθ.] Populi Atheniensis concio ex fullonibus, zonariis, coriariis, sutoribus, agricolis etc. conflata erat; ποτερον τετες ασχυνη, inquit Socrates ad Charmidem, publice dicere non ausum, v. Xen. Mem. III, 7.

καθ' ἑνα] Καθ' ἑνα et Neutr. καθ' ἑν *singuli*, sic dicitur κατα δυο, κατα τρεις etc. *bini, terni*, v. c. Xen. Cyrop. III, 1, 12. καθ' ἑν ἑκαστον, *sigillatim*. Saepe autem contrarium hac locutione exprimitur, ita, vt καθ' ἑνα παντες notet *coniungi, uniri*, v. c. Xen. hist. V, 2, 12 med. ὁπως μη καθ' ἑν ωσι, *ne societate iungantur*, i. q. ἀθροιζεσθαι. Est tunc elliptica locutio, quae plene dicta videtur καθ' ἑν συστημα s. πληθος, vt monuit Reisk. ad Dionys. Halic. arch. III, p. 1518.

μεγαλοφρονως ταυτα] sc. εστε, vel σχε κατα ταυτα.

ὁ τε] sc. υἱος, i. e. Socrates. Est frequentissima loquendi ratio.

Μεγαβυζε] Quaerunt hic interpp., vtrum proprium id homi-

Digitized by Google

γοντος, τὰ παιδάρια τὰ τῦ Ζεύξιδος τὴν μηλίδα τρίβοντα κατεγέλα. ὁ τοίνυν Ζεῦξις ἔφατο, ὅταν μὲν ζωπάς,

hominis alicuius fuerit nomen, an vero dignitatis. Adfirmat hoc Scheff., adlatis ab eo Turnebo, Casaub., quia communiter adpellati fuerint sacerdotes Dianae Ephesiae; illud Kuhn., quia Plut. hunc hominem dixerit Περσην. Hesych. quidem non tantum, ait, sacerdotes Dianae, sed et duces regis Persarum dici Μεγαβυζους. De quo tamen Periz. dubitat. Fuit enim nobilissima Megabyzi familia vnius ex septem principibus, qui contra magos conspirarant, praefecti deinde copiis a Dario, de quo vid. Herodot. IV, c. 143. In hac enim familia nomina Megabyzi et Zopyri vicissim se sequebantur, more antiquissimo, vt Eust. ad Hom. Il. ε. p. 441. ait, nepotes adpellari nominibus auorum. Credibile ergo, quum vsitatum hoc fuerit Persis illustribus nomen, atque adeo plures etiam Persarum στρατηγοι eo fuerint ornati, Graecos itaque existimasse, commune hoc fuisse illorum στρατηγων nomen. Ceterum Periz. est incertus, vtrum Persa quis, an sacerdos Dianae Ephesiae fuerit, ac putat, Plut. de Adul. et Am. errasse in eo, quod dixerit, hanc historiam accidisse in officina Apellis, qui floruit tempore Alexandri et, exstincta iam gente Persarum, sicut, ea adhuc florente, Zeuxis. Credidit tamen designari potius hic sacerdotem, praecipue quia et Zeuxis et Apelles artem suam maxime exercuerint Ephesi et Plin. h. nat. XXXV, 10. dicat, Apellem reuera pinxisse Megabyzi, sacerdotis Dianae Ephesiae, pompam. Omnibus consideratis crediderim, Aelianum Apellen cum Zeuxide commutasse; nam tum Plut. et in lib. de tranqu. an. p. 838. et de discr. Ad. et Am. p. 101 in., tum Plin. XXXV, 10, s. 36. et ibidem alio loco, ergo vterque bis eamdem historiam de Apelle narrat. Sed adhuc non liquet, cui Apelles haec dixerit, quum eadem res, ll. cc. de tribus diversis personis, de Megabyzo Persa, de Meg., sacerdote Dianae Ephesiae et de Alexandro (Plin. l. c. s. 36.) narretur. Attamen nonne potuit fieri, vt eadem historia diuersis etiam temporibus accideret? Quoties contingit, vt artis alicuius imperiti, praesertim principes, quorum fauorem artifices adpetunt, sibi sumant eos, quamquam infeliciter, nec suo loco, vituperare? Qui porro scit, quanta admiratione bonae artes et cum iis artifices illis temporibus fruerentur, adeo, vt multi principes et reges a consuetudine familiari cum nobilissimis artificibus non abhorruerint, is non mirabitur, audiens, et Zeuxidi tale quid accidisse, et Apellen, saepius habentem spectatores amplissimi gradus, memorem Zeuxidis orationis, ea in simili occasione vsum esse. Ceterum plura de Zeuxi-

Digitized by Google

σιωπᾷς, ὦ Μεγάβυζε, θαυμάζει σε τὰ παιδάρια ταῦτα. ὁρᾷ γάρ σε τὴν ἐθῆτα καὶ τὴν θεραπείαν, τὴν περί σε. ὅταν γε μὴν τεχνικόν τι θέλεις εἰπεῖν, καταφρονεῖ σε. φύλαττε τοίνυν σεαυτὸν εἰς τὰς ἐπαινεμένας, κρατῶν τῆς γλώσσης, καὶ ὑπὲρ μηδενὸς τῶν μηδέν σοι προσηκόντων φιλοτεχνῶν.

ΚΕΦ. Γ'.

Περὶ Ἀλεξάνδρου ὃν ἐπαινέσαντος εἰκόνα κατὰ τὴν ἀξίαν.

Ἀλέξανδρος θεασάμενος τὴν ἐν Ἐφέσῳ εἰκόνα ἑαυτοῦ, τὴν ὑπὸ Ἀπελλοῦ γεγραφεῖσαν, ὃν ἐπῄνεσα κατὰ τὴν

Zeuxide, vid. Plin. h. nat. XXXV, 5, 9 et 10. f. 36. qui tamen errat, Zeuxidem *Olymp. 95. 4. artis*, dicens, *fores aperuisse intrasse, et a quibusdam falso in Ol. 89. positum esse.* Atqui Ol. 95, 1. occisus est Archelaus et Socrates ad mortem adactus. Rectius ergo illi fecerunt. Ipse etiam Plinius sibi contradicit, mox adferens, Zeuxidem donasse Archelao Pana. Vid. ad IV, 12. Et Quinct. inst. or. XII, 10 in. Zeuxin, ait, et Parrhasium ambo circa belli Pelop. tempora floruisse.

θαυμάζει παιδάρια] Vid. c. 34 in. ὅσα τετολμηται.

θεραπειαν] Intellige comitatum s. cultum et seruitium, a clientibus et famulis praestitum. Sic Xen. Cyr. V, 5, 6. est comitatus, et IV, 6, 1. θεραπεια ἱππικη, equites, qui aliquem deducunt.

θέλεις] Duo Mstι habent θέλῃς et sane rectius. Semper enim ὅταν propter ἂν cum Coniunctiuo reperitur. In Cebete p. 229. ὅταν μη επισταται legitur, quia hoc verbum in Coniunct. minus est vsitatum. Noſtr. loco Indicatiuus errore librarii irrepsit, qui putauit, σιωπᾷς esse Indicatiuum.

ας τας επαινεμενης] *Inter laudatos*, vbi ας pro εν, vt saepius.

κρατων της γλ.] Κρατ. sc. κρατος, vt μαχεσθαι τινος sc. μαχην, αρχεσθαι τινος, sc. αρχην.

Ἀπελλοῦ] Pictor nobilissimus ex insula Co, vixit Ol. CXII, tempore Alexandri et eius successorum; vid. plur. inf. XII, 41. vbi etiam nostra historia; it. Quinct. XII, 10. Plin. XXXV, 10. et ad cap. praeced. Opus eius princeps erat Venus Anadyomene i. e. exiens e mari; item pinxit Alexandrum, fulmen tenentem in templo Dianae Ephesiae. Locus memoratu dignus de Apellis indefinenti industria est Plin. l. c.

Apelli

Digitized by Google

ἀξίαν τῆς γραμμάτος. εἰσαχθέντος δὲ τοῦ ἵππου, καὶ χρεμετίσαντος πρὸς τὸν ἵππον τὸν ἐν τῇ εἰκόνι, ὡς πρὸς ἀληθινὸν καὶ ἐκεῖνον, ὦ βασιλεῦ, (εἶπεν ὁ Ἀπελλῆς,) ἀλλ' ὄγε ἵππος ἔοικέ σε γραφικώτερος εἶναι κατὰ πολύ.

ΚΕΦ. Δ'.

Περὶ ἔρωτος Χαρίτωνος καὶ Μελανίππης, καὶ τυράννης εἰς αὐτὰς συμπαθείας.

Φιλαρίδος ὑμῖν ἔργον ἃ μάλα ἐκείνῳ σύνηθες εἰπεῖν ἐθέλω. τὸ δ' ἔργον φιλανθρωπίαν ἄμαχον ὁμολογεῖ, καὶ διὰ τοῦτο ἀθάνατον ἐκείνῳ δοκεῖ. Χαρίτων ἦν Ἀκραγαντῖνος, φιλόκαλος ἄνθρωπος, καὶ περὶ τὴν ὥραν τὴν

Apelli alioquin fuit perpetua consuetudo, numquam tam occupatam diem agendi, vt non lineam ducendo exerceret artem, quod ab eo in prouerbium venit: *Nulla dies sine linea.*

ἀλλ' ὄγε] De ἄλλα γε vid. sup. I, 21. et 32.

γραφικώτερος] Vid. ad c. 2. in verb. ὑφαντικήν.

Φιλαρίδος] Qua arte is tyrannidem inuaserit, quum esset alienigena et publicanus Agrigentinorum, vid. ap. Polyaen. V, 1. Defensionem eius animi gratia susceptam laudatamque illius humanitatem vid. ap. Lucian. in *Phalar. primo*, qui et eius epistolas confinxisse creditur humanitatis plenas. Crudelitas tamen eius prouerbium factum est. Notus etiam est eius taurus aeneus, quem Perillus fecerat, ipsoque primus expertus erat. Vid. Athen. XIII.

Ἀκραγαντῖνος] Ἀκραγας, *Agrigentum* vrbs, in parte meridionali Siciliae sita, hod. *Girgenti*.

φιλόκαλος] *is, qui omnia pulcra, decora, honesta amat;* sic III, 24 fin. de eo, qui pulcris et egregiis delectatur armis, vid. et Cic. ad Div. XV, 19. med.

ὥραν] Dicitur ὥρα pr. de certo tempore, v. c. ὥρα γάμου, θέρους. 2) de certo anni et vitae tempore, v. c. ὥρα ἥβης; vnde 3) praecipue de vere anni et vitae humanae, v. c. Hom. Il. II, 469. 471. VI, 148. vbi intell. ἔαρος, et quia ver pulcerrimum et amoeniſſimum anni tempus est, ergo ὥρα dicitur omnino de pulcritudine. De *Horis* mythicis leg. vtiliſſime

Digitized by Google

τὴν τῶν νέων ἐσπεδαικὼς δαιμονίως. διαπύρως δὲ ἠράθη μάλιστα Μελανίππε τῆ Ἀκραγαντίνε καὶ ἐκείνε, καὶ τὴν ψυχὴν ἀγαθῆ, καὶ τὸ κάλλος διαφέροντος. Τῆτον ἐλύπησέ τι Φάλαρις τὸν Μελάνιππον. δικαζομένῳ γὰρ αὐτῷ πρός τινα τῶν ἑταίρων αὐτῆ τῆ Φαλαρίδος, προσέταξεν ὁ τύραννος τὴν γραφὴν καταθέσθαι. τῆ δὲ μὴ πειθομένε, ὅδε ἠπείλησε τὰ ἔσχατα δράσειν αὐτὸν μὴ ὑπακέσαντα. καὶ ἐκεῖνος μὲν παρὰ τὴν δίκην ἐκράτησε τῆ ἀνάγκη προστάξαντος, τῆ Φαλαρίδος δὲ οἱ ἄρχοντες τὴν γραφὴν τῆ ἀγῶνος ἠφάνισαν. βαρέως δ' ἐπὶ τέτοις ὁ νεανίσκος ἤνεγκεν, ὑβρίθαι λέγων, καὶ ὠμολόγει τὴν ὀργὴν τὴν ἑαυτῆ πρὸς τὸν ἐρασὴν ὁ Μελάνιππος, καὶ ἠξίε κοινωνὸν αὐτὸν γενέθαι τῆς ἐπιθέσεως τῆς κατ' αὐτῆ, καὶ ἄλλες δὲ ἔσπευδε προσλαβεῖν τῶν νεανίσκων, ἓς μάλιστα ἤδεε περὶ τὴν τοιαύτην πρᾶξιν θερμοτάτες. ὁρῶν δὲ αὐτὸν ὁ Χαρί-

me disſertatio cl. Manſo, *Ueber die Horen u. Grazien. Zweit mythol. Abhandl.* 1787. 8vo.

δαιμονίως] Δαιμονιος ſynon. τῳ Θειος, *divinus*, *admirabilis*, eſt *qui propter quamdam virtutem eximiam noſtra admiratione eſt dignus*; credebant enim, omne magnum et quod modum excedit, ſive ſit bonum, ſive malum et terribile, a diis originem ſuam ducere; ergo et ſaepiſſime in malo ſignificatu reperitur, *miſer*, *ſceleſtus*, *furioſus*, et δαιμονιως *vehementer*. De *daemone*, vid. ſup. ad I, 2. in.

τῳ Ακραγαντινῳ] Sluisk. non agnoſcit illud τῳ et ſane rectius abeſt, quia hic tantum dicitur, eum Agrigentinum fuiſſe, et intelligendum ουτος, *qui etiam Agrigentinus erat*.

τὴν ψυχὴν = το καλ.] ſc. κατα.

ἐκρατησε τῳ ἀναγκῃ προστα-ξαντος, etc.] Vitioſa haec manifeſte ſunt. Boiuin. legendum cenſet ἐκρατησε τῃ ἀναγκῃ. Προσταξαντος δε τῳ Φαλαριδος οἱ ἀρχ. Perizon. ita: ἐκρ. τῃ ἀν. προστ. τῳ Φαλ. Οἱ δε ἀρχ. Sed Hemſterhuſ. ad Thom. Magiſt. p. 212. ed. Stoeber. locum cum conſenſu cl. Kuhn. ita conſtituit: καὶ ἐκεῖνος μεν παρα την δικην ἐκρατησε. Τῃ ἀναγκῃ δε προσταξαντος τῳ Φαλ. οἱ ἀρχ. etc. Verte: *Et ille quidem praeter ius ſuperior diſceſſit. Vi autem et imperio Phalaridis, magiſtratus ſcripturam litis ſuſtulerunt.* Graecis κρατειν abſolute dicuntur ſuperiores in quocumque certamine.

Digitized by Google

ὁ Χαρίτων ἐνθυσιῶντα, καὶ ὑπὸ τῆς ὀργῆς ἀναφλεγόμενον, καὶ γινώσκων, ὅτι τῶν πολιτῶν οὐδεὶς αὐτοῖς συλλήψεται, δέει τῷ ἐκ τῆς τυράννου· καὶ αὐτὸς ἔφη πάλαι τοῦτο ἐπιθυμεῖν, καὶ σπεύδειν ἐκ παντὸς, τὴν πατρίδα ῥύσασθαι τῆς δουλείας τῆς καταλαβούσης. ἀσφαλὲς δὲ μὴ εἶναι πρὸς πολλοὺς τὰ τοιαῦτα ἐνφέρειν. ἠξίου δὲ τὸν Μελάνιππον οἱ συγχωρῆσαι ὑπὲρ τούτων ἀκριβέστερον διασκέψασθαι, καὶ ἐᾶσαι παραφυλάξαι τὸν χρόνον τὸν ἐπιτήδειον εἰς τὴν πρᾶξιν. συνεχώρησε τὸ μειράκιον. ἐφ' ἑαυτῷ τείνων ὁ Χαρίτων βαλλόμενος τὸ πᾶν τόλμημα, καὶ κοινωνὸν αὐτῷ μὴ θελήσας παραλαβεῖν τὸν ἐρώμενον, ἵν' εἰ καταφωραθείς, αὐτὸς ὑπέχοι τὴν δίκην, ἀλλὰ μὴ καὶ ἐκεῖνον εἰς τὰ αὐτὰ ἐμβάλοι. ἡνίκα ἓν ἐδόκει καλῶς ἔχειν, ἐγχειρίδιον λαβὼν, ὥρμᾶτο ἐπὶ τὸν τύραννον. ἢ μὴν ἔλαθε, κατεφωράθη δὲ, πάνυ σφόδρα τῶν δορυφόρων ἀκριβῶς τοὺς τοιαῦτα φυλαττόντων. ἐμβληθεὶς δὲ ὑπὸ τῆ Φαλάριδος εἰς τὸ δεσμωτήριον, καὶ στρεβλούμενος, ἵν' εἴπῃ τοὺς συνειδότας, ὁ δὲ ἐνεκαρτέρει καὶ ἐνήθλει τοῖς βασάνοις. ἐπεὶ δὲ μακρὸν τοῦτο ἦν, ὁ Μελάνιππος ἦκεν ἐπὶ τὸν Φάλαριν, καὶ ὡμολόγησεν ἃ μόνον κοινωνὸς εἶναι τῷ Χαρίτωνι τῆς βουλῆς, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἄρξαι τῆς ἐπιβουλῆς. τοῦ δὲ πυνθανομένου τὴν αἰτίαν, εἶπε τὸν ἐξ ἀρχῆς λόγον, καὶ τὴν τῆς γραφῆς αἵρεσιν, καὶ ἐπὶ τούτοις ὡμολόγει περιαλγῆσαι. θαυμάσας ἔν, ἀμφο-

ἐκ παντὸς] *omni modo*. Sic infra 13.; plene ἐκ παντὸς τρόπου, quod reperies III, 7.

τῆς καταλαβούσης] sc. τὴν πατρίδα.

ἃ καταφωραθείς, αὐτὸς etc.] Sluisk. et vterque Med. καταφωραθῆ. Fortasse cum Koehlero legendum καταφωραθεὶς. Opus tamen non est mutatione, sed intell. αν vel η. Sequens αὐτὸς emphaticum est, cui opponitur καὶ ἐκεῖνον. Vertitur ergo recte: *ipse solus*.

τῆς βουλῆς, ἀλλὰ etc.] Frigidissima lectio hic esse videtur Perizonio repetitio et distinctio βουλῆς et ἐπιβουλῆς. Sluisk. etiam solum repetit βουλῆς. Unde non dubitat, quin alterutrum sit ex gloſſa vel margine ortum.

Digitized by Google

ἀμφοτέρες ἀφῆκε τῆς τιμωρίας, προστάξας αὐθημερὸν ἀπελθεῖν, μὴ μένον τῆς Ἀπραγαντίνων πόλεως, ἀλλὰ καὶ τῆς Σικελίας. συνεχώρησε δὲ αὐτοῖς τὰ ἴδια δίκαια καρπᾶσθαι. τέτες ὕστερον ἡ Πυθία, καὶ τὴν φιλίαν αὐτῶν ὕμνησε, διὰ τέτων τῶν ἐπῶν·

Θείας ἡγητῆρες ἐφημερίοις φιλότητος,
Εὐδαίμων Χαρίτων καὶ Μελάνιππος ἔφυ.

τῷ θεῷ τὸν ἔρωτα αὐτῶν θείαν ὀνομάσαντος φιλίαν.

ΚΕΦ. Ε'.

Περὶ χρόνε ταμιεύσεως, καὶ τῷ μὴ ἐᾶσαι Λακεδαιμονίες περιπατεῖν.

Λακεδαιμόνιοι δεινὴν ἐποιῆντο τῷ χρόνῳ τὴν φειδώ, ταμιευόμενοι πανταχόθεν αὐτὸν εἰς τὰ ἐπειγόμενα, καὶ μηδενὶ τῶν πολιτῶν ἐπιτρέποντες, μήτε ξαξωνεύειν, μήτε

συνεχωρησε — καρπᾶσθαι] *permisit etiam, vt fruerentur suis iuribus* s. *vt facultatibus, quas iure possidebant, fruerentur.*

ἡ Πυθια] sacerdos Apollinis Delphici.

τῷ θεῷ] Apollo Delphicus.

ταμιευομενοι] Ταμιευεσθαι pr. *aliquid e penaria promere ad vtendum;* deinde *aliquid arbitrio suo tractare.* A *ταμιευω, promus condus sum, dispensator eorum, quae expromenda sunt;* vnde et *quaestor sum*, ταμιας, φυλαξ χρημάτων, διοικητης sec. Hesych. Ab illo proprio significatu orta videtur ea, qua, ex Casaub. sententia ad Chrysosth. or. XI. p. 177. milites dicuntur ταμιευσθαι, quum non omnes suas vires primo effundunt conatu, sed sic eas dispensant, vt repetere, si opus fit, semel atque iterum pugnam queant. Item quum non confertos cuneos temerario impetu adgrediuntur, sed vel singulos, vel plures quidem, verum intra virium suarum modum. Vid. Mor. V. rev. ad Xen. exp. Cyr. II, c. 5. §. 3.

ξαξωνευειν] synon. τῷ ξᾳθυμειν. Vtrumque originem a ξᾳδιος (Superl. ξᾳστος) *leuis* ducit, ergo potestas *leuitatis*, quam quis in rebus vel negotiis suis pertractandis monstrat, praecipue eminet. Quum tamen noster haec verba per μητε, μητε distinguat; ξᾳθυμειν

μήτε ῥᾳθυμεῖν εἰς αὐτὸν, ὡς ἂν μὴ πρὸς τὰ ἔξω τῆς ἀρετῆς ἀναλισκόμενος, εἶτα μάτην διαφθείροιτο. μαρτύριον τούτου πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ τοῦτο. ἀκούσαντες οἱ ἔφοροι Λακεδαιμονίων, τοὺς Δεκέλειαν καταλαβόντας περιπάτῳ χρῆσθαι δειλινῷ, ἐπέστειλαν αὐτοῖς· μὴ περιπατεῖτε· ὡς τρυφώντων αὐτῶν μᾶλλον, ἢ τὸ σῶμα ἐκπονούντων. δεῖν γὰρ Λακεδαιμονίους οὐ διὰ τοῦ περιπάτου, ἀλλὰ διὰ τῶν γυμνασίων τὴν ὑγείαν πορίζεσθαι.

ΚΕΦ.

θυμειν ab ῥα et θυμος, magis ſpectare ad animum eiusque ſtatum, omni actione expertem indicare, ῥᾳστωνευειν omnino levitatem deſidioſam, ſiue externam, quatenus ex actionibus cerni poteſt, ſiue internam conditionem ſpectes, ſignificare videtur. — Εις αυτον ſc. χρονον, *circa tempus*, vel *quod attinet ad tempus*. Sic inf. XIV, 29. ῥᾳθυμως εχειν εις τα επιτατ̃τομενα, *negligenter ſe habere circa mandata*, i. e. *negl. ea exſequi*.

ὡς αν μη etc.] *ne tempus, ad res, extra virtutem poſitas conſumtum, deinde fruſtra perderetur*. — τα εξω etc. ſc. οντα.

προς τοις αλλοις] *praeter alia*. — Και τουτο ſc. εστι. Sic non modo μαρτυριον, ſed et σημειον, τεκμηριον, αποδειξις adhibentur; ita tamen, vt ellipſis, omiſſis τουτου και τουτο, fiat ſaepiſſime maior, nomini adiuncta particula δε et ſequente γαρ. Hoc quidem fere modo: σημειον δε· — γαρ — Quod loquendi genus ſexcenties reperitur ap. Graecos, maximeque ap. oratores. Saepe tamen etiam ὁτι pro γαρ adhibetur.

τους Δεκελειαν καταλ.] *Decelea* locus fuit, non procul ab Athenis, quem Lacedaemonii, duce Agide rege, belli tempore Peloponneſiaci muris cinxerunt, vt inde quaſi ex arce infeſtarent Athenienſium agros et vrbem ideoque praeſidium ibi poſuerunt, v. Nep. Alcib. et Thucyd. VII. Ergo τους καταλ. *qui Deceleam obtinebant*.

επεστειλαν] Mſ. Lugd. απεστειλαν.

ὡς τρυφωντων etc.] Genitiui conſequentiae cum ὡς, Graecis eſt vſitatiſſimum. Praeterea cum Cupero monendum, verba haec iam eſſe Aeliani, non epiſtolae. Notiſſima enim eſt Lacedaemoniorum breuiloquentia, cuius profert exempla Cuperus Obſ. p. 301.

δια των γυμνασιων] Quantopere Lacedaemonii dediti fuerint gymnaſiis, vt in iis vires et robur ſibi compararent, vid. inf. XIV, 7. et Ariſtot. Polit. VIII, 4. ſed maxime Spanh. ad Iulian. or. I. p. 133. etc. Primi gymnaſia nudi obierunt, vt Thuc. I, in. et reſpubl. Lacedaemoniorum ſecundum Lycurgi inſtituta tota formata erat ad vſus bellicos.

Digitized by Google

ΚΕΦ. ΣΤ'.

Παράδειγμα, ὅτι ἃ δεῖ τοῖς πολλοῖς ἀρέσκειν.

Ἱππόμαχος, φασὶν, ὁ γυμναστὴς, ἐπεὶ πάλαισμά τι ὁ ἀθλητὴς, ὁ ὑπ' αὐτῷ γυμναζόμενος, ἐπάλαισεν, ἔστα

Ἱππομαχος] Moſchionis filius, Lileus. v. Pauſ. Eliac.

Γυμναστης] Diſtinguendi ſunt, qui ſaepe confunduntur, γυμνασιαρχαι, παιδοτριβαι et γυμνασιαρχαι. Priores eodem munere fungebantur, vt adoleſcentes in publico exercerent gymnaſio, poenas ſumerent a tardius venientibus in gymnaſium et ſi quid male fecerant in palaeſtra; animaduerterentque in priuatos exercitiorum magiſtros, quos ſibi quiſque vel ſuis liberis priuatim ſumebat; v. Plaut. Bacch. III, 3, 23. Ariſtot. Polit. III, 4. Hoc tamen diſcrimine, vt *Gymnaſta* victus rationem praeſcriberet futuris athletis; *paedotriba* autem, ſeu, vt etiam dicebatur, Gymnaſii praefectus eos exerceret, artemque doceret; vid. Ariſtot. Polit. VIII, 3. vbi diſtinguit γυμναστικην et παιδοτριβικην. Neque tamen minus haec confundebantur ab auctoribus et grammaticis; fortaſſe etiam iidem homines vtrumque munus ſaepiſſime curabant, vt ſine dubio hic fecit Hippomachus. Ceterum credidit Perizonius, Gymnaſtas fuiſſe plerumque veteranos athletas, vt hic Hippomachus, plane ſicuti *Laniſtae* ap. Romanos erant gladiatores rude donati, nec dubitat, quin noſter XIV, 8. vel errauerit vitio memoriae, vel corrupta alterius auctoris, vnde id tunc excerpſit, huius capitis immemor, lectione deceptus ſcripſerit αυλητης, αυλων etc. pro αθλητης, αθλων etc. *Gymnaſiarchae* autem fuerunt viri in republica praecipui, qui ſumma cum poteſtate publici gymnaſii curam gererent, certum in tempus electi a rep., mutatique aliquando per ſingulos menſes. Publicum ergo et honoratiſſimum erat munus, vid. Ariſtot. Polit. VI, 8. Vnde apud Gruterum inſcript. p. 173. ipſe imperator Titus γυμνασιαρχησας dicitur. Etſi vel hi cum illis ſaepe ap. auctores confuſi videntur, v. c. Val. Max. IX, 12. 7 extr.

παλαισμα τι] Rectius Fab. et Kuhn. ſec. cod. Lugd. diuidunt vulgare παλαισματι. Ἡ παλαισμα, *luctatio, certamen*, interprete Hindenburg. ad Xen. Mem. Socr. proprie eſt *artificium luctatorum, quod ſupplantandi ſuperandique aduerſarii cauſa comminiſcuntur*; deinde *artificium, conſilium callidum, dolus.*

Digitized by Google

εἶτα ὁ πᾶς ὄχλος ὁ περισωὺς ἐξεβόησε, καθίκετο αὐτῆ τῆ ξάβλῃ ὁ Ἱππόμαχος, καὶ εἶπεν· ἀλλὰ σύγε καλῶς, καὶ οὐχ ὡς ἐχρῆν ἐποίησας, ὅπερ ἐχρῆν ἄμεινον γενέσθαι. οὐ γὰρ ἂν ἐπῄνεσαν ἔτοι τεχνικόν σε δράσαντά τι. αἰνιττόμενος, ὅτι τὸν εὖ καὶ καλῶς ἔκεισε δρῶντας, οὐ τοῖς πολλοῖς, ἀλλὰ τοῖς ἔχουσι νοῦν θεωρητικὸν τῶν δρωμένων, ἀρέσκειν δεῖ. ἔοικε δὲ καὶ Σωκράτης τὴν τῶν πολλῶν ἐκφαυλίζειν κρίσιν ἐν τῇ συνουσίᾳ τῇ πρὸς Κρίτωνα, ὅτε ἀφίκετο ὁ Κρίτων εἰς τὸ δεσμωτήριον, καὶ δὴ ἔπειθεν αὐτὸν ἀποδρᾶναι, καὶ τὴν τῶν Ἀθηναίων τὴν κατ' αὐτοῦ κρίσιν διαφθεῖραι.

ΚΕΦ. Ζ'.

Περὶ τοῦ μὴ ἐκθεῖναι βρέφη Θηβαίους.

Νόμος ἔτος Θηβαϊκὸς, ὀρθῶς ἅμα καὶ φιλανθρώπως

τεχνικὸν σε δράσαντα τι] *Non enim te laudassent, si quid fecisses ex artis regulis.*

αἰνιττόμενος] Αἰνίττομαι, *obscure aliquid uel dictis, vel factis innuo, vt auditores, vel spectatores, lectoresue diuinando adsequi cogantur.*

Σωκράτης] Vid. Excurs. de Socr., it. Xen. apol.

τῶν πολλῶν] Οἱ πολλοὶ *plebs, vulgus.* Plenius reperies Lucian. somn. c. 9. τῶν ἐκ τε πολλοῦ δήμου εἷς, *vnus ex plebe.*

κρίτωνα] Criton discipulus Socratis, sub cuius nomine dialogus Platonis extat.

ἐπεῖθεν] *Conabatur eo pere ducere, vt aufugeret.*

διαφθεῖραι] est *eludere* et ita *irritum reddere iudicium populi*, quod eum damnabat (τὴν κατ' αὐτὸν κρίσιν). Sic infr. c. 22. fin. διαφθ. νόμους, *abrogare* vel *negligentia irritas reddere leges*, X, 2. med. τὰς ὁμολογίας, *pacta conuenta eludere*, XIII, 24 fin. τὸ κεκυρωμένον, *sancitum abolere*, vel *negligere.*

Digitized by Google

πως κείμενος ἐν τοῖς μάλιστα· ὅτι οὐκ ἔξεστιν ἀνδρὶ Θηβαίῳ ἐκθεῖναι παιδίον, οὐδὲ εἰς ἐρημίαν αὐτὸ ῥίψαι, θάνατον αὐτοῦ καταψηφισάμενος. ἀλλ' ἐὰν ᾖ πένης εἰς τὰ ἔσχατα ὁ τοῦ παιδὸς πατὴρ, εἴτε ἄῤῥεν τοῦτο, εἴτε θῆλύ ἐστιν, ἐπὶ τὰς ἀρχὰς κομίζειν· ἐξ ὠδίνων τῶν μητρῴων σὺν τοῖς σπαργάνοις αὐτό. αἱ δὲ παραλαβοῦσαι, ἀποδίδονται τὸ βρέφος τῷ τιμὴν ἐλαχίστην δόντι·

κείμενος] Verbum κεῖσθαι plures habet significationes notatu dignas. Vsurpatur enim de legibus latis, vt h. l. et infr. c. 37 in. III, 18 med. IV, 4 in. ακεω νομον κεῖσθαι, *audio legem esse latam*. Sic. Orph. Argon. v. 104. τα πεπρωμενα κειται, *quae a fato sunt constituta*. Deinde ap. poetas reperitur hoc verbum saepe notare *inertiam, otium* et *inefficacem conditionem*, in qua quis iacet, v. c. Hom. Il. II, 688. it 694. 772. vbi vid. simul oppos. της (Βρισηιδος) ὁγε (Αχιλλευς) κειτ' αχεων, ταχα δ' ωνστησεσθαι εμελλεν. Vnde et de iis dicitur, qui *moerore* vel *miseria contemtuue affecti solitarie viuere reperiuntur*. Sic Lucian. dial. mort. 14. vbi Achilles κειμεθα ἁπαντες ὑπο τῳ αυτῳ ζοφῳ ὁμοιοι cet. Quo modo etiam verbum ἡσθαι vsurpatur. Sic v. c. ib. I, 134. η εθελεις — εμ' αὐτως ἡσθαι δευομενον, *seu velis, vt sic iaceam carens*. Contra verba ἱσταναι, παρισταναι et ανισταναι saepe potestatem *auxiliandi* et *adiuuandi* continent; vid. exemplum modo allat. et Eurip. Orest. v. 656. στας eamdem vim includit. Nec aliter Latini saepe verbis *standi, sedendi, iacendi* vtuntur. Tum κεῖσθαι dicitur de *mortuis*, v. c. Nost. I, 16 fin. et inprimis de iis, qui *in bello ceciderunt*, v. g. XII, 1 in. εν μαχῃ κεῖσθαι: sic et Homerus sexcenties. Praeterea Paulus, quum esset Romae in vinculis, Galat. 1, 17. κεῖσθαι dicitur. De morbo laborante, v. Hom. Il. β. 721.

εν τοις μαλιστα] Vid. I, 31 in.

εις ερημιαν] sc. χωραν.

καταψηφισαμενος] Referri haec putat cl. Kuhn. in ind. ad superius ανδρι, non ad legem, vt antea credebatur, per *anacoluthiam*, quae Graecis vsitatissima est. Exempla vbique reperiuntur; v. c. Hom. Il. β. 350. et 353. vbi ὑπερμενεα Κρονιωνα — — αστραπτων επιδεξια, εναισιμα σηματα φαινων. Aristoph. Plut. 200. ὁπως εγω την δυναμιν, ἡν ὑμεις φατε, εχειν με, ταυτης δεσποτης γενησομαι. Demosth. Cor. c. 23 fin. ibique Reisk. Hes. Theog. 973. ed. Wolf.

ἐξ ωδινων των μητρῳων] *portare ex doloribus matris e partu ortis*, i. e. simulac natum est, simulac mater peperit infantem, portare eum.

δόντι· ῥήτορα τε πρὸς αὐτὸν, καὶ ὁμολογίαν γένεσθαι, ἢ μὴν τρέφειν τὸ βρέφος, καὶ αὐξηθὲν ἔχειν δᾶλον, ἢ δᾶλιν, θρεπτήρια αὐτῷ τὴν ὑπηρεσίαν λαμβάνοντας.

ΚΕΦ. Η'.

Περὶ Ξενοκλέους καὶ Εὐριπίδου ἐν Ὀλυμπίᾳ ἀγωνισαμένων.

Κατὰ τὴν πρώτην καὶ ἐννεηκοστὴν Ὀλυμπιάδα, καθ' ἣν ἐνίκα Ἐξαίνετος ὁ Ἀκραγαντῖνος στάδιον, ἀντηγωνίσαντο ἀλλήλοις Ξενοκλῆς καὶ Εὐριπίδης. καὶ πρῶτός γε

ἢ μὴν] certe, profecto, in iure iurando formula vsitatissima. Nota, post ἢ μὴν Praesens Infinit. loco Futuri sequl; simil. vid. Xen. Cyrop. VI, 2, 39. ib. Zeun.

θρεπτήρια] s. θρεπτὰ sunt praemia, quae pro educatione soluebantur, quum educandus adoleuerat, v. Hom. Hym. in Cer. 168. et Il. δ, 478.

τὴν πρώτην καὶ ἐννεηκοστὴν] Sic correxerunt Meurs. Casaub. et Scheff., cum quibus Mstl Sluisk. Med. I. et reg. 2083. conueniunt. Diserte exhibent illi graecam numeri XC notam ϙ, quae κόππα dicitur ab hebr. koph, cui etiam figura et ordine alphabetico respondet, plane vti Latinorum Q, certo indicio, etiam Graecos olim habuisse literam Q inter P et R, vt et alphabeta graecum et latinum, licet alicubi discrepare nunc videantur, pariter tamen ex hebraeo primitus orta.

Ὀλυμπιάδα] Ὀλυμπιὰς est ratio temporis illa Graecorum notissima, quae nomen suum a ludis duxit, qui apud Olympiam (de qua IX, 2 not.) anno quoque quinto habebantur, et quibus omnis fere Graecia intererat. Continebat ergo Olympias tempus quatuor annorum et 15 dierum. Initium huius rationis in annum ante Chr. 776. incidit.

ἐνίκα — στάδιον] στάδιον sc. κατὰ, cursu vincebat. Stadium erat locus, vbi cursu certatur; deinde erat spatium 125 passuum, (vid. Plin. H. Nat. II, 23). Ac 32 stadia aequant milliare germanicum.

Εὐριπίδης] Est nobilissimus Tragoediarum scriptor, qui Athenis tempore vixit Socratis, qui eum aestimabat, eiusque tragoedias frequentabat, Aristophanis autem comoedias abhorrebat. v. Excurs. de Socr. Gell. N. A. XVII, 4. *Euripidem, M. Varro ait, cum quinque et septuaginta tragoedias scripserit, in quinque solis vicisse, cum eum vincerent aliquot poetae*

Digitized by Google

γε ἦν Ξενοκλῆς, ὅς τις ποτε ἔτός ἐστιν, Οἰδιπόδι, καὶ Λυκάονι, καὶ Βάκχαις, καὶ Ἀθάμαντι Σατυρικῷ. τέτε δεύτερος Εὐριπίδης ἦν, Ἀλεξάνδρῳ, καὶ Παλαμήδῃ, καὶ Τρωσὶ, καὶ Σισύφῳ Σατυρικῷ. γελοῖον δὲ, ἃ γὰρ Ξενο-

poetae ignauissimi; et Anacharsis bene: θαυμάζειν ἔφη πως παρα τοις Ἕλλησι ἀγωνιζονται μεν οἱ ταχυται, κρινεσι δε οἱ μη ταχυται. Vnde et Quinctil. inſtit. III, c. 7. *Menandrum*, teſtatur, *aeque ac Euripidem iuſtiora poſterorum, quam ſuae aetatis iudicia conſecutum eſſe.*

Ξενοκλῆς] ſc. ἐνίκα.

ὅς τις ποτε ἔτος ἐστιν] *quisquis hic erat.*

Οἰδιπόδι] erat drama huius nominis, ſicuti et ſequentia, quibus vincebat.

Σατυρικῷ] ſc. δράματι, quod agebatur maximam partem a ridiculis perſonis et potiſſimum Satyris; ſed erat argumenti tragici vel heroici atque idcirco iungebatur tragoediis oblectandi ſpectatoris cauſa. Apud Athenienſes vero, quia poetae certabant potiſſimum tribus comoediis, addebatur iis ad extremum Satyrica, et hinc τετραλογιαι dicebantur haec quatuor fabularum certamina, cf. Horat. art. poet. v. 220 — 224. De tetralogia vid. infr. c. 30. ib. net. De dramate ſatyrico legendus cl. *Buhle*, Prof. Gottingg., tractatus *de fabula ſatyrica Graecorum*, Gotting. 787. in 4to.

τετε δευτερος] *Hoc* (Xenocle) *inferior* erat, *huic poſthabitus eſt* Euripides. Mſ. Lugd. τετων, intell. δραματων. Sed, Periz. ſententia, verius receptum. Xenoclem memorat vt tempore aequalem Euripidi et tunc iam mortuum, Ariſtoph. ran. 218.

γελοιον δε, ἃ γὰρ Ξενοκλεα] Locus difficilis. Scheff. male eiici vult ἃ γαρ. Optime emendare videtur ille magnus Caſaub. de ſatyrica poeſi I, 5. legens: γελοιον δε, (ἃ γαρ;) Εὐριπιδην μεν ἡττᾶσθαι, Ξενοκλεα δε νικᾶν. Allo ordine, ſed ſenſu plane eodem Mſti Sluisk. et vnus reg. γελ. δε, ἃ γαρ; Ξεν. μεν νικ., Εὐρ. δ. ἡτ. — Ou γαρ; enim vſitatiſſima Graecis eſt locutio elliptica, quae in media ſententia ſaepiſſime per parentheſin adhibetur, vt VIII, 12 in. et qua exprimitur cauſa, vel ex praecedentibus eruenda, vel aliorſum arceſſenda et ſupplenda; ac in primis vſurpatur in interrogationibus, vbi ſaepe tantum eas intendit, plane vt Germanicorum *denn. Iſts denn nicht lächerlich?* Interdum igitur per *nonne* reddi poteſt, habita tamen ſemper ratione cauſae, quam notat; v. Ariſtoph. Plut. 856. ἃ γαρ χετλια πεπονθα πραγματα; *nonne enim paſſus ſum?* Nec non in reſponſionibus aliaque oratione adhibetur, v. c. inf. IV, 29 init. Act. apoſt. 16, 37. Saepe per *profecto*, *ſane* reddi poteſt, ſicuti Latinorum *enim*. Attamen plura vid. Vig. p. 447. 478. ib. Zeun. Locutio orta

eſt

κλέα μὲν ἡττᾶσθαι, Εὐριπίδην δὲ νικᾶν, καὶ ταῦτα τοιούτοις δράμασι. τῶν δύο τοίνυν τὸ ἕτερον, ἢ ἀνόητοι ἦσαν οἱ τῆς ψήφου κύριοι, καὶ ἀμαθεῖς, καὶ πόῤῥω κρίσεως ὀρθῆς, ἢ ἐδεκάσθησαν. ἄτοπον δὲ ἑκάτερον, καὶ Ἀθηναίων ἥκιστα ἄξιον.

ΚΕΦ. Θ'.

Περί τινων ἀποστατῶν, Ἀθηναίων ψηφίσματα.

Οἷα ἐψηφίσαντο Ἀθηναῖοι, καὶ ταῦτα ἐν δημοκρατίᾳ; Αἰγινητῶν μὲν ἑκάστου τὸν μέγαν ἀποκόψαι τῆς χειρὸς δάκτυλον τῆς δεξιᾶς, ἵνα δόρυ μὲν βαστάζειν μὴ δύνωνται, κώπην δὲ ἐλαύνειν δύνωνται. Μιτυληναίους δὲ ἡβηδὸν ἀποσφάξαι. καὶ τοῦτο ἐψηφίσαντο, εἰσηγησα-

est haud dubie ex dialogis, in quibus aliquis prorsus negat aliquid, ου γαρ; *non sane*. Simile est Lat. *quid enim?* Sic Virg. Aen. V, 850.

των δυο τοινυν το ἑτερον] supple vel εστι αληθες, vel aliquid simile.

οἱ της ψηφου κυριοι] *domini calculi*, i. e. quorum erat, disceptare rem calculis ferendis.

πορρω κρισεως] Genitiuus pendet ab intell. απο, quo modo plura Aduerbia cum Genitivo coniunguntur, v. c. χωρις τινος; ανευ et ατερ, *sine*, αχρι, εως, *usque ad*, intell. δια et plura, alia cum Datiuo, alia cum Accusatiuo, vbi semper Praepositio aliqua intelligi debet.

οἷα] sc. ψηφισματα, i. e. *quomodo*. Vid. Xen. hist. gr. II.

και ταυτα] *et quidem*. Sic Latinor. *isque*.

Αιγινητων] *Aegina*, insula, quae olim et *Oenone* et *Myrmidonia* vocabatur, sita est in vicinia Atticae, in sinu d'Engia. Causa vero istius in Aeginenses acerbitatis erat, quod eos sibi vicinos et rei nauali peritissimos timerent. Vicerunt autem Athenienses tempore Artaxerxis Longimani 18 annis ante bellum peloponnes., vid. Thuc. I, 14. et infr. XII, 10. Val. Max. IX, 2.

αποκοψαι] sc. εψηφισαντο.

Μιτυληναιους] *Mitylene*, hodie *Castro*, vrbs insulae Lesbi, hodie *Metelino* et *Mytilene*, sitae in Archipelago s. mari aegaeo, prope Aeoliam Asiae minoris. Nobilissima olim erat haec insula ob vinum et ficos; nec non patria Alcaei, Sapphus et Theophrasti.

ἡβηδον] h. e. verbis Thucydidis III, αποκτειναι ἁπαντας Μιτυ-

Digitized by Google

γησαμένε Κλέωνος τῦ Κλεαινέτε. τύς γε μὴν ἁλισκομένες αἰχμαλώτες Σαμίων εἶδεν κατὰ τὸ πρόσωπε, καὶ ἔνεκα τὸ σίγμα γλαῦκα, καὶ τῦτο Ἀττικὸν ψήφισμα. ἐκ ἐβελόμην δὲ αὐτὰ, ἔτε Ἀθήνησι κεκυρῶσθαι, ἔτε ὑπὲρ Ἀθηναίων λέγεσθαι, ὦ Πολιὰς Ἀθηνᾶ, καὶ Ἐλευθέριε Ζεῦ, καὶ οἱ Ἑλλήνων θεοὶ πάντες.

Μιτυληναίους, ὅσοι ἥβωσι, κτεῖναι καὶ γυναῖκας ἀνδραποδίσαι. Ergo decreuerant occidere omnes puberes. Sed tamen mox poenitentia ductí huic tam triſti et crudeli ſententiae iam Mitylenas miſſae, ſubmiſére contrarium decretum, fruſtra diſſuadente id acerbo illo Cleone, cuius diritatem ſaepius exagitat Ariſtoph. in Equit. Noſt. inf. c. 13 med. et X, 17. Res autem illa accidit tempore belli peloponn., quum Mitylenaei ab Athenienſibus ad Lacedaemonios defeciſſent et ad deditionem redacti eſſent.

εἰσηγησαμένε] Εἰσηγεῖσθαι pr. de oratoribus dicitur, qui legem aliquam ad populum ferunt, eiusque accipiendae auctores ſuaſoresque ſunt; ſic XIII, 24 med.

Κλεωνος] Δημαγωγὸς ὢμὸς ὀργὴν τὸν τρόπον καὶ βίαιος. Diod. XII.

αἰχμαλώτες Σαμίων] Vid. Plut. Pericl. Qui tamen non noctuae, ſed Sameae, i. e. navis alicuius effigiem, Samios contra Athenienſibus noctuae ſignum inuſſiſſe ſcribit.

κεκυρῶσθαι] dicuntur res, quae lege confirmantur. Verte igitur: *Nollem Athenis ea eſſe lege ſancita.* Sic et XIII, 24 med.

Πολιὰς] a πόλις, *vrbs.* Minerua ab Athenienſibus proprie dicebatur Πολιὰς vel Πολιάχος, quia arci et vrbi ſuae praeerat, quaſi dea tutelaris. Sic Sophoc. Philoct. v. 135. ed. cl. Gedike. Etiam Spartae, Troiae et in Creta Minerua hoc nomine colebatur; quemadmodum Iupiter Πολιεὺς dicebatur v. c. Agrigenti.

Ἐλευθερίῳ] De Ioue *Eleutherio* et eius feſto, *Eleutheria* dicto v. Spanh. ad Iulian. or. I. p. 242. et Noſt. infr. XII, 1. med. Dicebatur etiam ζεὺς σωτὴρ, v. c. Ariſtoph. Plut. 1176. ib. Hemſterh. Lat. Iupiter *Seruator*, ap. Plin. hiſt. nat. XXXIV, c. 8. ſ. 19. Templum eius erat in Piraeeo et propter id ara.

Digitized by Google

ΚΕΦ. Ι'.

Τιμόθεος Πλάτωνος διαλεγομένου ἀκούσας, ἧττον εὐδαίμονα ἑαυτὸν ἔκρινεν.

Τιμόθεον ἀκούω τὸν Κόνωνος, τὸν Ἀθηναίων στρατηγόν, ὅτε ἐν ἀκμῇ τῆς εὐτυχίας ἦν, καὶ ᾕρει τὰς πόλεις ῥᾷστα, καὶ οὐκ εἶχον Ἀθηναῖοι, ὅποι ποτὲ αὐτὸν κατάθωνται ὑπὸ θαύματος τοῦ περὶ τὸν ἄνδρα· ἀλλὰ τοῦτόν γε Πλάτωνι τῷ Ἀρίστωνος περιτυχόντα, βαδίζοντι ἔξω τοῦ τείχους μετά τινων γνωρίμων, καὶ ἰδόντα σεμνὸν μὲν ἰδεῖν τὸ πλάτος, ἵλεων δὲ τῷ προσώπῳ, διαλεγόμενον δὲ οὐχὶ περὶ εἰσφορᾶς χρημάτων, οὐδὲ ὑπὲρ τριήρων, οὐδὲ ὑπὲρ ναυτικῶν χρειῶν, οὐδὲ ὑπὲρ πληρωμάτων, οὐδὲ

Τιμοθεον] Timotheus et Conon, eius pater, nobilissimi Athenienſium imperatores. Plura vid. ap. Nep. *Con.* et *Timoth.* Xen. hist. gr. I — IV. Iustin. VI. VII. item inf. c. 18. De *Dinone* v. inf. VII, 1 fin.

ἐν ακμῃ της ευτυχιας] Ακμη pr. *cuspis*, it. *vigor*, *flos aetatis* v. c. ακμη του βιου; vnde et *supremus gradus rei alicuius*, vt hic *in summo fastigio felicitatis*; it. XII, 1, του πειθους ακμη. Deinde et de *puncto temporis*, quo res effici debet, vsurpatur, v. g. Arist. Plut. 256. vnde *occasio*.

ὅποι ποτε αυτον καταθωνται etc.] *Nesciebant, quo tandem in loco eum ponerent prae admiratione erga eum*, i. e. *quo honore eum prosequerentur*.

ἀλλα — γε] Interdum ponitur ad coniungenda posteriora verba cum prioribus, interiecta aliqua sententia, vt h. l. *Dieser also*, *Dieser*, *sage ich*.

τῳ Αριστωνος] sc. υἱῳ.

σεμνον μεν ιδειν το πλατος] *venerabilem*, *grauem visu*, *amplitudine*, *latitudine corporis*. Supra I, 30 in. iam dictum est, Infinitiuum Graecorum saepe Supinum Latinorum exprimere. — Ad το πλατος subintell. κατα.

ἵλεων δε τῳ προσωπῳ] *sed mitem vultu*.

περι εισφορας χρηματων] Εισφορα των χρ. dicitur de civibus, pecuniam in aerarium et ad publicos vsus conferentibus. Vid Bach. ad Xen. oec. 2, 6. Ita etiam Dion. Hal. IV. in oratione S. Tullii ad Romanos τας εις το δημοσιον γινομενας εισφορας, it. paullo post.

ὑπερ τριηρων] *de triremibus exstruendis et regendis*.

ὑπερ πληρωματων] Πληρωματα, a πληρουν νεας, *naues implere*

οὐδὲ ὑπὲρ τοῦ δεῖν βοηθεῖν, οὐδὲ ὑπὲρ φόρου τοῦ τῶν συμμάχων, οὐδὲ ὑπὲρ τῶν νησιωτῶν, ἢ ὑπὲρ ἄλλου τινὸς τοιούτου φληνάφου· ὑπὲρ ἐκείνων δὲ, ὧν ἔλεγε Πλάτων, καὶ ὑπὲρ ὧν εἴθιστο σπουδάζειν· ἐπιστάντα τὸν Τιμόθεον τὸν τοῦ Κόνωνος, εἰπεῖν· ὦ τοῦ βίου, καὶ τῆς ὄντως εὐδαιμονίας. ἐκ τούτων οὖν δῆλον, ὡς ἑαυτὸν οὐ πάνυ τι εὐδαίμονα ἀπέφαινεν ὁ Τιμόθεος, ὅτι μὴ ἐν τούτοις, ἀλλ' ἐν τῇ παρ' Ἀθηναίων δόξῃ καὶ τιμῇ ἦν.

implere militibus, vt Xen. hist. gr. VI, 11. ed. Mor., sunt *milites nauales* s. *classiarii*. Sic vid. V, 10. it. Xen. hist. gr. I, 6, 11. IV, 8, 10. inpr. V, 1, 11.

ὑπερ φορου] dicitur de tributo, quod populi, in prouinciae formam redacti, ferunt illis, quibus parent, vnde hic dicitur των συμμαχων, h. e. *sociorum*. Sic. VIII, 18 med. Animaduertas igitur discrimen inter εισφορα et φορος. Συμμαχοι, socii hic non sunt homines liberi et sui iuris, sed in servitutem abiecti et propter terram suam in prouinciam redactam tributarii; quos tamen Athenienses humaniori vocabulo maluerunt vocare συμμαχους, sicuti Romani suos subditos, *socios*. Erant autem hi socii maximam partem insulani in mari aegaeo, v. c. Chii, Coi, Lesbii, Aeginetae aliique, quibus subactis invaluerat potissimum potentia Athenienfium ante bellum peloponn. Quare loquitur confestim de *insulanis*, cum quibus multum negotii habuerunt Athenienses.

εθιστο] est Plusquamp. Pass. verbi εθιζω, *adsuefacio*.

επιστάντα τ. Τιμ.] subintell. superius ακουω.

ω του βιου] vbi Lamb. Bos χρημα vult subintelligi, vnde pendet Genitiuus. Sic οιμοι cum Genit. vsurpat Aristoph. Plut. 1127. οιμοι πλακουντος, vbi etiam subaudiri potest ἕνεκα. Similiter dicebat Apollodor. ap. Plat. symp. c. 1. extr.

της οντως ευδ.] sc. ουσης.

εν τουτοις] quae modo disputata erant a Platone.

Digitized by Google

ΚΕΦ. ΙΑ'.

Περὶ τῶν ῥηθέντων ὑπὸ Σωκράτους περὶ τῶν ὑπὸ τῶν τριάκοντα σφαττομένων.

Σωκράτης ἰδὼν κατὰ τὴν ἀρχὴν τῶν τριάκοντα τοὺς ἐνδόξους ἀναιρουμένους, καὶ βαρύτατα τοὺς πλουτοῦντας ὑπὸ τῶν τυράννων ἐπιβουλευομένους, Ἀντισθένες φασὶ περι-

Σωκρατης ιδων] pro Σωκρατη ιδοντα — — Αντισθενα φασι περιτυχοντα επειν. Est anacoluthon et syntaxeos confusio, Graecis valde frequens. V. c. inf. VII, 1. αφικομενη — — ὁδε εντυχων τη ανθρωπῳ ηρασθαι αυτης. X, 18 med., it. Xen. Oec. I, 14. IV, 20. Demosth. cor. c. 23. fim ibique Reisk. Arist. Plut. v. 200. 1. ὁπως την δυναμιν, ἡν — — ταυτης δεσποτης γενησομαι. Hom. Il. β. 350 — 3. Κρονιωνα — αστραπτων. Hes. theog. 97. ed. Wolf. Act. 7, 40. Apoc. 6, 8. Xen. Cyr. I, 6, 35. ib. Zeun. ibid. II, 2, 20. etc. Nec Latinis ista anacolutha infrequentia esse ostendit Periz. ad Sanct. Mineru. p. 545.

κατα την αρχην των τριακ.] *dominantibus XXX tyrannis.* Notissima est historia XXX tyrannorum, qui, Athenis, belli tempore pelop., a Lysandro captis, a Lacedaemoniis ibi constituti, crudeli dominatione ac vel morte vel exilio Athenienses affecerunt, sed ope Thrasybuli denique victi et vrbe eiecti sunt. V. Nep. Lysand. et Thrasyb. Iustin. V, 7 — 10.

Βαρυτατα τους πλ.] Th. Smith. in Misc. obs. II, p. 157. ita corrigi vult hunc locum, vt aut βαθυτατα πλ. aut βαθυτατους πλ. legat. Equidem cum cl. Kuhn. το βαρυτατα non cum πλουτ., sed cum επιβουλευομενους coniungi velim hac sententia: *locupletes gravissimis peti insidiis.*

Αντισθενα] *Antisthenes* vixit Athenis, discipulus fuit Socratis, doctor Diogenis et auctor scholae cynicae, quae finem bonorum i. e. felicitatem in vitae ratione secundum leges naturae, non autem ad vulgi sententiam constituta posuit; quare curam corporis exteriusque eius plane fere negligendum, honorem ac diuitias contemnendas putarunt, ac omnino et turpia et honesta suis nominibus nominarunt. In his Cynicis celeberrimi fuerunt praeter auctorem, Diogenes Sinopensis, Crates eiusque vxor Hipparchia (de quibus inf. III, 6.). Neque tamen est negandum, eos non parum modum in rebus excessisse, hominis rationem quodammodo exuisse ac verecundiam sibi aliisque debitam reiecisse, vt dixit Cic. Off.

Digitized by Google

περιτυχόντα εἰπεῖν· μὴ τί σοι μεταμέλει, ὅτι μέγα καὶ σεμνὸν ἔδειν ἐγενόμεθα ἐν τῷ βίῳ, καὶ τοιῆτοι, οἵους ἐν τῇ τραγῳδίᾳ τοὺς μονάρχας ὁρῶμεν, Ἀτρέας τε ἐκείνους καὶ Θυέστας, καὶ Ἀγαμέμνονας, καὶ Αἰγίσθους. ἦτοι μὲν γὰρ ἀποσφαττόμενοι, καὶ ἐκτραγῳδέμενοι, καὶ πονηρὰ δεῖπνα δεπνεῦντες, καὶ ἐθίοντες ἑκάστοτε ἐκκαλύπτονται. ἐδεὶς δὲ ὅτως ἐγένετο τολμηρὸς, ἐδὲ ἀναίσχυντος τραγῳδίας ποιητὴς, ὥστε εἰσαγαγεῖν εἰς δρᾶμα ἀποσφαττόμενον χοῖρον.

Off. I, 35. et 41. Plura de hac schola eiusque sententiis vid. Diog. Laert. VI, 103. Lucian. dial. Cynicus; it. in laudem Cynicorum Iulian. orat. VI. p. 187. ff. VII, p. 225. et Arrian. vit. Epict. Haec omnia in cl. Gedik. lib. vtiliff. Cic. hist. philos. p. 259. ff. summatim disputata reperies.

ὅτι μεγα καὶ σεμνον ἐδεν] Sic infra. c. 22 med.

Ατρεας] Notissima est Atridarum historia. Atreus et Thyestes, fratres erant ac filii Pelopis; illius filii Agamemnon rex Mycenes et dux Graecorum ap. Troiam, maritus Clytaemnestrae, et Menelaus, rex Lacedaemonis. Thyestis filius erat Aegisthus, qui Agamemnone absente, Clytaemnestram seduxit, eumque redeuntem insidiose interfecit, sed postea ipse simul cum Clytaemn. ab Oreste, Agamemn. filio, trucidatus est. Res omnes huius familiae infelicis, ex Homero congestas, narrat cl. Herman, in lib. longe vtiliff. *Handbuch der Mythologie* cum praef. cel. Heynii. Hamb. 1787. 8vo. p. 91. ff.

ἐκτραγῳδέμενοι] Virg. Aen. IV, 471. *aut Agamemnonius scenis agitatus Orestes.*

πονηρα δεπνα] Intelligit non modo coenam Thyestis, qui fratri filium eius dissectum et coctum ad edendum apposuerat, sed et Agamemponis, qui in coena aduentitia ipsi ab Clytaemn. vxore praebita, ab ea et Aegistho interfectus est; vid. Hom. Od. δ. Senec. Agamemnon. Act. V.

ἐκκαλυπτονται] de re, quae remoto velo ostenditur, vt fit in scena, quando aliquid, velvti caedes, coena etc. spectandum populo exhibetur. Sic adhibetur inf. c. 44 med. de pictura, velo remoto, oculis hominum permissa.

χοιρον] Varie hic coniecturarunt eruditi. Kuhn. sen. tuetur vulgatum, cui suffragantur etiam Mstl., Sluisk. Lugd. et regg. Perizon. autem cum Scheff. Holstenii lectionem χοροῦ accipit, qui constabat in tragoediis ex famulis et militibus, vel certe vrbana et infima plebe; atque adeo optime inservit comparationi perficiendae, quam ex personis tragoediarum,

Digitized by Google

ΚΕΦ. ΙΒ'.

Περὶ Θεμιστοκλέους παυσαμένου τῆς ἀσωτίας.

Θεμιστοκλέης τῷ Νεοκλέους, οὐκ οἶδα, εἰ ἐπαινεῖν χρὴ τοῦτο. ἐπεὶ γὰρ τῆς ἀσωτίας ἐπαύσατο Θεμιστοκλῆς, ἀποκηρυχθεὶς ὑπὸ τοῦ πατρὸς, καὶ ὑπῆρχετό πως τοῦ σωφρονεῖν, καὶ τῶν μὲν ἑταιρῶν ἀπέστη, ἦρα δὲ ἔρωτα ἕτερον, τὸν τῆς πολιτείας τῶν Ἀθηναίων, καὶ θερμότητα ἐπεχείρει ταῖς ἀρχαῖς, καὶ ἑαυτὸν ἔσπευδεν εἶναι πρῶτον, ἔλεγέ (φασι) πρὸς τοὺς γνωρίμους· τί δ' ἂν ἐμοὶ δοίητε, ὅς ἔπω φθονεῖσθαι; ὅστις δὲ ἐρᾷ φθονεῖσθαι, τοῦτο δήπου τὸ τοῦ Εὐριπίδου, περιβλέπεσθαι σπεύδει.

rum, partim regiis, partim plebeiis in choro transtulit Socrates ad se plebeium et illos *ενδοξους και πλουσιους*. Cl. Meineke coniicit *χορα* sc. *τινα* non male. Io. tamen Toup. Opusc. crit. I, pag. 570. vulg. *χοιρον* cum Kuhn. retinet. „Nimirum" ait „porcum in sce„na iugulare, res iocosa et ho„minis *αναισχυντα* est. Respe„xit autem Ael., vt videtur, ad „Plat. Rep. II. *θυσαμενος α χοι„ρον αλλα τι μεγα και απορον* „(Toup. leg. *απυρον*) *θυμα*. „Quare per *χοιρον* ap. Ael. in„telligendus homo infimae sor„tis et nullius pretii, cui nihil „periculi a tyrannis." Haec Toup.

Θεμιστοκλεης] Vid. Nep. Themistocl. Val. Max. VI, 9. Plut. Themist.

αποκηρυχθεις] *Αποκηρυσσω, abdico*, dicitur de patre, qui filium negat esse suum. Haec patris sententia, per praeconem publice pronuntiata, Athenis vocabatur *αποκηρυξις, abdicatio*. Filii vero abdicati dicuntur Graecis *εκπιπτειν τα γενεσ*. De Themistocle autem abdicato vid. inf. X, 17 in.

ηρα ερωτα ετ., του της πολ. etc.] Ex hoc loco adparet, cur *ερᾶω* saepissime construatur cum Genitiuo; est nimirum subintell. *του ερωτα*.

τι δ' αν εμοι δοιητε] Periz. cum Casaub. *εμε* legere vult, hoc quidem sensu: *quo dignus videar, quid valeam?* Vulgata sane nimis friget, atque etiam Alcibiades dicitur desiderasse inuidiam; quare illi tam erat aliquid expetendum e rep., nam ex eo oritur *inuidia*.

τουτο δηπου] Pro *τουτο* Casaub. leg. *ἑτερος*, cui minime adsentitur Periz., quia fit illud *τουτο* vsitatum in huiusmodi citationibus, v. c. sup. I, 30 fin. Ceterum intell. *κατα*.

περιβλεπεσθαι] Iure recepit Periz. Casauboni hanc coniecturam,

Digitized by Google

σπεύδει. ὅτι δὲ τοῦτ' ἔστι κενὸν, ὁ αὐτὸς Εὐριπίδης φησί.

ΚΕΦ. ΙΓ'.

Περὶ Σωκράτους κωμῳδουμένου ὑπὸ Ἀριστοφάνους.

Ἐπετίθεντο τῷ Σωκράτει, καὶ ἐπεβούλευον, οἱ ἀμφὶ τὸν Ἄνυτον, ὧν χάριν, καὶ δι' ἃς αἰτίας, λέλεκται πάλαι. ὑφορώμενοι δὲ τοὺς Ἀθηναίους, καὶ δεδιότες, ὅπως ποτὲ ἔξουσι πρὸς τὴν κατηγορίαν τοῦ ἀνδρός. πολὺ γὰρ ἦν τὸ τοῦ Σωκράτους ὄνομα, διά τε τὰ ἄλλα, καὶ

fturam, quam probat Euripides; poſtulat ſenſus, firmant plures Mſti. In vulgat. περιβλεπτεῖσθαι enim ineſt ſenſus minus commodus. Non ſemper deſiderat damnum ſibi dari, qui cupit ſibi inuidiam. Foret etiam illud magis ſtultum, quam *vanum*, κενον. At *qui cupit ſibi inuideri, cupit obſeruari.* Sic noſter vtitur hoc verbo hiſt. an. VI, 1. καὶ ζῶντα μὲν περιβλεπτεῖσθαι καὶ ἀποθανόντα δὲ εὐφημεῖσθαι. Vnde etiam eſt περιβλεπτος i. e. ἔνδοξος, μεγιστος, *praeſtans.*

καὶ δι' ἃς αἰτίας] An hoc eſt gloſſa praecedentis ὧν χάριν? — Ceterum vid. Excurſ. de Socrate.

καὶ δεδιότες etc.] *timentes, quum eſſent incerti, in quam partem, ſ. quo animo Athenienſes acciperent iſtam huius viri accuſationem.*

πολυ γ. ην το ονομα] *multum erat eius nomen*, i. e. *gloria eius erat celebris, magna*; ſic πολυς non modo de multitudine, ſed de magnitudine, excellentia, vel omnino de re ſ. homine, in re aliqua valde eminente et ſuperante, v. g. πολυς τῇ επιστημῃ, it. ὥρα πολλη, *tempus ſerum*, Marc. 6, 35. Latinor. *multa nox.* Vid. inf. XII, 13. παρα ποτου πολυς λαλων, *inter potandum loquaciſſimus.* Virg. Aen. VI, v. 659. *Plurimus Eridani per ſiluam voluitur amnis;* vbi *plur. amnis* eſt i. q. *magno impetu et aquarum multitudine ac vi celerrime fluens.* — Ονομα, *gloria, fama*, vnde ονομαστος, *celeber.*

διά τε τα ἄλλα, καὶ] Memorandus eſt hic vſus τε τα ἄλλα, ſequ. καὶ, quem ſaepiſſime reperies, vbi vel generale aliquid et definitum poſt ſe habet ſpeciale quid, Xen. Cyr. VII, 4, §. 1. καὶ ανδρα - τ' ἄλλα αν αφρονα — καὶ νυν δη ευ χαριν πεμπει etc., vel το ἄλλο ipſum ſignificat generale quid non definitum, nec ſequente ſimili, vt

καὶ ὅτι τοὺς σοφιστὰς ἤλεγχεν, ἀδὲν ὑγιὲς ὄντας, ἀδέ τι σπουδαῖον ἢ εἰδότας, ἢ λέγοντας. ἐκ τούτων ἂν ἐβουλήθησαν πεῖραν καταθεῖναι ὑπὲρ τῆς κατ' αὐτοῦ διαβολῆς. τὸ μὲν γὰρ ἀντικρυς ἀπενέγκασθαι γραφὴν κατ' αὐτοῦ παρανόμων, ἐκ ἐδοκίμαζον, δι' ἃ πρόσθεν εἶπον, καὶ δι' ἐκεῖνα δὲ, μή ποτε ἅμα ἀγριάναντες οἱ φίλοι οἱ τοῦ Σωκράτους ἐξάψωσι κατ' αὐτῶν τοὺς δικαστὰς, εἶτά τι πάθωσι κακὸν ἀνήκεστον, ἅτε συκοφαντοῦντες ἄνδρα, ὃς μόνον ἐδένος αἴτιον κακοῦ τῇ πόλει, ἐκ δὲ τῶν ἐναντίων καὶ κόσμον ταῖς Ἀθήναις ὄντα. τὶ ἂν ἐπινοῆσαι; Ἀριστοφάνην τὸν τῆς κωμῳδίας ποιητὴν, βωμα-

vt h. l. VIII, 10 init., et tunc, posteriori ratione tota sententia commode per *cum — tum* coniungi potest; priori autem, per *praeter, praeter alia etiam*, vt III, 18 med. τρέφειν δὲ τὰ πολλὰ ζῷα μεγάλα, καὶ τοὺς ἀνθρώπους.

τοὺς σοφιστὰς] De his vid. Excurs. de Sophistis.

ἀδὲν ὑγιὲς] Ὑγιὲς h. notat veram sapientiam; sic etiam paullo infra et VII, 20 med. Sic τι σπουδαῖον designat *aliquid rei egregiae* et *seriae*, quae nostram curam et studium requirit. Sic. VII, 2.

παρὰν καταθεῖναι] vt χάριν καταθ. *praestare alicui rem gratam*. Sed tamen Periz. probat Kuhnii καθεῖναι; propria enim haec fit locutio καθεῖναι et καθεῖναι παρὰν pro *explorare*, quia nautae mare explorent demittendo plumbum et funiculum. Firmat hoc etiam h. l. Sluisk. Sic. Nost. hist. an. I, 57. et Appian. de bell. civ. II.

ἀντικρυς] *palam*, *aperte*, etiam *a fronte*; distinguendum ab ἀντικρὺ, *e regione*, tamen saepissime commutantur. Vid. tamen, quae cl. Wolf. ad Plat. symp. c. 39, 7.

ἀγριάναντες] Cum vtroque Kuhnio et Scheff. hoc verbum h. l. neutraliter accipiendum esse puto; etsi Periz. non placet. Hesych. etiam, dicit ἀγριᾶναι, ὠργίσθη. Ergo h. l. *ne amici succensentes* sc. iniustae Socratis accusationi, *iudices incenderent* etc.

συκοφαντοῦντες] ab συκον, *ficus*, et φαινω. Proprie, qui indicat, si quis ficus contra legem exportauerit; et quia saepe innocentes delati erant, ab his sycophantis, solo lucro ductis, omnino is, qui falsa crimina finxerat, *sycophanta* dicebatur ac infamis habebatur.

ἐπινοῆσαι] Ἐπινοεῖν, *excogito*, *comminiscor*, saepissime in sensu malo, vt XI, 1. XIV, 30.

Digitized by Google

βωμολόχον ἄνδρα καὶ γελοῖον ὄντα, καὶ εἶναι σπεύδοντα, ἀναπείθουσι κωμῳδῆσαι τὸν Σωκράτη, ταῦτα δήπου τὰ περιφερόμενα· ὡς ἦν ἀδολέσχης, λέγων τε αὖ καὶ τὸν ἥττω λόγον ἀπέφαινε κρείττονα, καὶ ἐσῆγε ξένους δαίμονας, καὶ οὐκ ᾔδει θεοὺς, οὐδ' ἐτίμα. τὰ δὲ αὐτὰ ταῦτα, καὶ τοὺς προσιόντας αὐτῷ ἐδίδασκέ τε, καὶ εἰδέναι ἀνέπειθεν. ὁ δὲ Ἀριστοφάνης λαβόμενος ὑποθέσεως εὖ μάλα ἀνδρικῆς, ὑποσπείρας γέλωτα, καὶ τὸ ἐκ τῶν μέτρων αἱμύλον, καὶ τὸν ἄριστον τῶν Ἑλλήνων λαβὼν ὑπόθεσιν· οὐ γὰρ οἱ κατὰ Κλέωνα ἦν τὸ δρᾶμα, οὐδὲ ἐκωμῴ-

βωμολοχον] Secundum Suid. βωμολοχοι sunt, qui altaribus adsidentes per adsentationem aliquid ex victimis obtinere et ad epulas sacras inuitari studebant; deinde etiam omnes scurrae et faceti adsentatores; denique astuti et impii homines. Adde Hesych.

γελοιον ο κ. ε. σπευδοντα] Plat. symp. c. 30. §. 7. ὡς ου παρα Αριστοφανει, ουτε ει τις αθλος γελοιος εστι τε και βουλεται sc. ειναι, affectirt es zu seyn.

ταυτα δηπου τα περιφ.] sc. κατα, iis fere (vt opinor) quae circumferuntur, vulgata sunt.

λεγων τε αυ] Etsi ap. Aristoph. Nub. IV, 1. ευ λεγων; tamen secundum Mss. recte vulgatum retineri putat Periz.; contraria dicens vel respondens aduersario ita sententiam deteriorem facit videri veriorem. Secundum morem philosophorum veterum, qui maxime per dialogos et contrarias de eadem re dissertationes, ex diuersa persona factas, philosophiam docebant, vt ex Platone et Cicerone aliisque notum est. De locutione vid. inf. excurs. de Socr. Gell. N. A. V, 3. et Max. Tyr. diss. VIII. Ceterum αυ in significatu contra, vid. Hes. ασπ. 51. et praecipue cum verbo loquendi ad responsionem denotandam ib. v. 102. Aristoph. Vesp. 37. ac saepius in Hom.

ξενους δαιμονας] Vid. Max. Tyr. diss. 26. 27. et Plut de Iside et Osir. Existimabant Socrates et Platonici deinceps Iovem, Apollinem ceterosque, qui oracula dare consulentibus vel hominibus apparere dicebantur, et colebantur a Graecis, non esse deos, sed tantum daemones, s. ministros deorum, medios inter deum et homines.

λαβομενος ὑποθεσεως ευ etc.] occupatus argumento, valde virili, nactus argumentum etc. quippe in quo inducuntur tantum viri, nullae feminae praeter nubes ipsas.

και τον αριστον] et optimum Graeciae virum faciens argumentum comoediae.

οἱ κατα Κλεωνα] est ipse Cleon, simulque fabulae argumentum.

ἐκωμῴδει Λακεδαιμονίους, ἢ Θηβαίους, ἢ Περικλέα αὐτόν· ἀλλ' ἄνδρα τοῖς τε ἄλλοις θεοῖς φίλον, καὶ δὴ καὶ μάλιστα τῷ Ἀπόλλωνι. ἅτε οὖν ἄηθες πρᾶγμα καὶ ὅραμα παράδοξον ἐν σκηνῇ καὶ κωμῳδίᾳ Σωκράτης, πρῶτον μὲν ἐξέπληξεν ἡ κωμῳδία τῷ ἀδοκήτῳ τοὺς Ἀθηναίους. εἶτα δὲ καὶ φύσει φθονεροὺς ὄντας, καὶ τοῖς ἀρίστοις βασκαίνειν προαιρουμένους, οὐ μόνον τοῖς ἐν τῇ πολιτείᾳ, καὶ ταῖς ἀρχαῖς, ἀλλ' ἔτι καὶ πλέον τοῖς εὐδοκιμοῦσιν, ἢ ἐν λόγοις ἀγαθοῖς, ἢ ἐν βίου σεμνότητι, ὡς ἄκουσμα ἔδοξεν ἥδιστον αἵδε αἱ Νεφέλαι, καὶ ἐκρότουν τὸν ποιητὴν, ὡς οὔποτε ἄλλοτε, καὶ ἐβόων νικᾶν, καὶ προσέταττον τοῖς κριταῖς ἄνωθεν Ἀριστοφάνην, ἀλλὰ

tum. Sic dicitur οἱ αμφι s. περι; vid. supra I, 16 med. Mauuit tamen Kuhn. Κλεωνος, a Periz. non improbatum, modo faveant Msti, praeter Med. 3., qui hanc coniecturam firmat, sequentibus Abr. Gronou. et Bas. De *Cleone* vid. sup. c. 9. et not. et Plut. Pericl. et Nicias.

Περικλεα] Pericles celeberrimus fuit Atheniensium et demagogus oratorque et imperator, homo maximi ingenii et elegantiae, qui luxum Athenas potissimum introduxit, vrbemque praestantissimis aedificiis ac statuis exornauit. Idem bellum peloponnes. maxime commouit et in eius initio, peste nobilissima, Graeciam tum vastante, adfectus, mortuus est. Praeceptor Periclis erat Anaxagoras, qui primus puriorem de Deo ideam conceperat ideoque periclitatus a Pericle vix liberatus est. Vid. et inf. ad IV, 23 in.

φθονερους οντας — ακουσμα εδοξεν] Accusatiuus absolutus, s. mauis, anacoluthon, vt ap. alios Graecos, ita ap. Aelianum minime est inusitatum. H. l. Accusatiuus ex similitudine praecedentium τους Αθηναιους ortus, est pro Datiuo, ad ως ακουσμα εδοξεν referendo. Exempla sunt c. 34. V, 17. XII, 39 et alia, it. ap. cl. Fisch. animaduerss. ad Weller. Grammat. gr. p. 315. Ceterum hanc populi Athen. indolem bene sistit Nep. Timoth. 3. Plut. praec. polit. Plin. hist. nat. XXXV, 10.

προαιρουμενους] Sluisk. προηρημενους, quod Perizonio probatur. Sic hac forma vtitur Ael. in eodem sensu et constructione III, 10. XIV, 14. Herodian. III, 6, 11.

ὡς ακουσμα] Ὡς rectius aberit, et sensu et Mstis consentientibus; quamquam explicari potest.

εβοων νικαν] Vid. tamen Excurs. de Socrate.

Digitized by Google

ἀλλὰ μὴ ἄλλον, γράφειν. καὶ τὰ μὲν τοῦ δράματος τοιαῦτα. ὁ δὲ Σωκράτης σπάνιον μὲν ἐπεφοίτα τοῖς θεάτροις, εἴποτε δὲ Εὐριπίδης ὁ τῆς τραγῳδίας ποιητὴς ἠγωνίζετο καινοῖς τραγῳδοῖς, τότε γε ἀφικνεῖτο. καὶ Πειραιοῖ δὲ ἀγωνιζομένου τοῦ Εὐριπίδου καὶ ἐκεῖ κατήει. ἔχαιρε γὰρ τῷ ἀνδρὶ, δηλονότι διά τε τὴν σοφίαν αὐτοῦ, καὶ τὴν ἐν τοῖς μέτροις ἀρετήν. ἤδη δέ ποτε αὐτὸν ἐρεχελῶν Ἀλκιβιάδης ὁ Κλεινίου, ἢ Κριτίας ὁ Καλλαίσχρου, καὶ κωμῳδῶν ἀκοῦσαι παρελθόντα εἰς τὸ θέατρον ἐξεβιάσαντο. ὁ δὲ αὐτοῖς οὐκ ἠρέσκετο, ἀλλὰ δεινῶς κατεφρόνει (ἅτε ἀνὴρ σώφρων, καὶ δίκαιος, καὶ

τοιαυτα] sc. λελεχθω.

καινοις πραγῳδοις] *eo tempore* i. e. in festo Dionysi s. Bacchi, *quo noui inter se certabant tragoediarum scriptores*. Io. Kuhn. hos Datiuos pro Genitiuis absolutis positos esse censuit. Perizonio ii, si tempus designant, orti videntur esse ex appositione, qua Dionysiis, quibus spectacula edebantur, adscribebantur eodem Casu πραγῳδοι vel καινοι τραγῳδοι. Sic Lucian. in Timon. p. 91. και ανακηρυχθηναι τους στεφανους σημερον Διονυσιοις, τραγῳδοις καινοις etc. Possent vero accipi etiam hi Datiui, quasi a Praepos. εν regantur, ita, vt *coram*, *apud*, *inter* notet, sic inf. VI, 1. ουδε εν βαρβαροις καλα, it. XIV, 26. Sic Liban. in Arg. orat. Demosth. de cor. — εν μεν καιρῳ τοις Διονυσιοις, εν δε θεαταις πασι τοις Ἕλλησι, *coram spectatoribus*, *omnibus Graecis*. Ex quo tamen loco adparet, εν aliquando etiam tempus notare. Sic IX, 6. Pericles amittit filios suos εν τῳ λιμῳ, *quum grassaretur pestilentia*. Ergo et hic accipi vult Periz. hosce Datiuos. Noui autem dicuntur tragoedi et *noua* eorum dies, quum nouas agunt tragoedias, quia tunc nouo prodibant ornatu, vt plane alii viderentur, ac fuerant in superioribus et saepius iam repetitis tragoediis, visi et cogniti.

Πειραιοι] Haec forma Datiui in οι notat aliquid fieri *in eo loco*, vti terminatio θι. Sic dicitur v. c. IV, 15 extr. et VI, 9 med. Πυθοι, Ισθμοι, Φαλεροι etc. Sed quaeritur an etiam in Piraeeo, Atheniensium portu, spectacula sint data? Quare Valkenar. in Diatriba in Eurip. perd. dram. rel. p. 14. coniicit επι Ληναιῳ αγωνιζεσθαι. Sed haec coniectura nec ipsi, nec cl. Ruhnkenio probatur; praeterea sane erat theatrum in Piraeeo, vid. *Barthel. Reise d. iung. Anacharf.* II.

δια τε την σοφιαν etc.] ob sententias philosophicas et morales, et ob artem poeticam.

Digitized by Google

καὶ ἀγαθὸς, καὶ ἐπὶ τέτοις σοφὸς) ἀνδρῶν κερτόμων, καὶ ὑβριστῶν, καὶ ὑγιὲς λεγόντων οὐδέν· ἅπερ ἐλύπει δεινῶς αὐτές. καὶ ταῦτα ἦν τῆς κωμῳδίας ἦν αὐτῷ τὰ σπέρματα, ἀλλ' ὃ μόνον, ἃ παρὰ τῷ Ἀνύτῳ καὶ Μελίτῳ ὡμολόγηται. εἰκὸς δὲ, καὶ χρηματίσασθαι ὑπὲρ τέτων Ἀριστοφάνην. καὶ γὰρ βαλλόμενον, μᾶλλον δὲ ἐκ παντὸς συκοφαντῆσαι τὸν Σωκράτην σπεύδοντων ἐκείνων, καὶ αὐτὸν δὲ πένητα ὄντα καὶ κατάρατον ὄντα, τί παράδοξον ἦν, ἀργύριον λαβεῖν ἐπ' ἀδενὶ ὑγιεῖ; καὶ ὑπὲρ μὲν τέτων αὐτὸς εἶδεν. εὐδοκίμει δ' ἂν αὐτῷ τὸ δρᾶμα. καὶ γάρ τοι καὶ τὸ τῷ Κρατίνῳ, τῶτο συνέβη, ἔποτε ἄλλοτε, καὶ τότε, τῷ θεάτρῳ νοσῆσαι τὰς φρένας. καὶ ὅτε ὄντων Διονυσίων, πάμπολύ τι χρῆμα τῶν Ἑλλήνων σπεδῇ τῆς θέας ἀφίκετο. περιφερομένε τοίνυν ἐν τῇ σκηνῇ τῷ Σωκράτες, καὶ ὀνομαζομένε πολλάκις, ἐπ ἂν δὲ θαυμάσαιμι, ἐ καὶ βλεπομένε ἐν τοῖς ὑποκριτᾶς, (δῆλον γὰρ δὴ, ὅτι καὶ οἱ σκευοποιοὶ ἔπλασαν αὐτὸν, ὡς ὅτι κάλλιστα ἐξεικά-

ὑγιὲς] Vid. sup. in init. et rursus infr. paullo post.

ταῦτα ἦν τῆς κωμ. ἦν — σπερμ.] Haec igitur Socrati erant causae et principia exagitationis comicae; sic enim vertendum est κωμῳδία, et sic in extr. hul. cap. Vnde et passim κωμῳδεῖν τινα et κωμῳδεῖσθαι.

χρηματίζεσθαι] v. excurs. dict.

καὶ γὰρ τοι καὶ] Vid. I, 16 med. ad καὶ γὰρ ἦν καὶ. *Nam vere* et id ei accidit, quod Cratino etc.

ὅτε] Plene ita: κατὰ ταῦτα, καθ' ἃ cum part. τε, fere cum Participio reperitur vertique potest, *quatenus*, *quippe*, saepe etiam *quum*, *nam*. — Ceterum vid. infr. c. 30. festo Dionysi maxime certabant poetae. Theatrum quoque ipsum ideo exstructum est ad templum Bacchi.

χρημα] Vid. sup. I, 3 in.

ὡς ὅτι κάλλιστα] Msti nonnulli μάλιστα, quod recepit etiam Abr. Gronou. Hanc locutionem Hoogev. de part. gr. l. ita supplendam putat ἐξεικασαντες ἔτως, ὡς ὅ τι ἐξεικάζεται κάλλιστα; adeo, vt ὅ τι seiunctum legatur. Plura exempla vid. ap. Xenoph. v. c. hist. gr. III, 2, 12. VI, 4, 37. VI, 5, 13. exp. Cyr. VI, 4, 12. Cyrop. V, 3, 30. vbi ὅτι ὡς ταχιστα, transpositc. Sed et Particulis ως, προς, επι additur, vid. Ernest. ad Xen. M. S. II, 7, 2. hist. gr. I, 1, 11. 3, 7. III, 4, 11.

Digitized by Google

ἐξεικάσαντες,) ἀλλ' οἵγε ξένοι, τὸν γὰρ κωμῳδούμενον ἠγνόουν, θρῦς παρ' αὐτῶν ἐπανίσταται, καὶ ἐζήτουν, ὅς τίς ποτε οὗτος ὁ Σωκράτης ἐστίν. ὁπεροῦν ἐκεῖνος αἰσθόμενος (καὶ γάρ τοι καὶ παρῆν οὐκ ἄλλως, οὐδὲ ἐκ τύχης, εἰδὼς δὲ, ὅτι κωμῳδοῦσιν αὐτόν· καὶ δὴ καὶ ἐν καλῷ τοῦ θεάτρου ἐκάθητο). ἵνα οὖν λύσῃ τὴν τῶν ξένων ἀπορίαν, ἐξαναστὰς, παρ' ὅλον τὸ δρᾶμα, ἀγωνιζομένων τῶν ὑποκριτῶν, ἑστὼς ἐβλέπετο. τοσοῦτον ἄρα περιῆν τῷ Σωκράτει τῆς κωμῳδίας, καὶ Ἀθηναίων καταφρονεῖν.

ΚΕΦ.

ἀλλ' οἵγε ξένοι] De ἀλλα vid. H, 10 in. — Οἱ ξένοι, (τὸν γαρ etc.) θρυς παρ' αυτων επανισταται; est anacoluthia ξενοι επανισ.; et τον γαρ — ηγνοουν parenthesi includendum. *Itaque apud peregrinos (exagitatum enim non nouerant) murmur excitabatur* etc.

Οὐκ ἄλλως] Ἄλλως proprie notat *alia de causa*. At quia, qui veram dare alicuius rei rationem nolebant et tamen eam, quae memorata erat, negabant, respondebant plerumque generatim et tantummodo: ἀλλως; hinc factum est, vt hoc vocabulum dein notauerit etiam id, quod *temere* et *sine certa ratione* fieri dicitur, vel cuius certam rationem nescimus aut dissimulamus. Hoc loco tamen prima significatio praeualere videtur, quum alioquin idem esset, quod εκ τυχης. Praeterea Ruhnk. ad Timaeum: vocem ἀλλως sic cum nominibus iungi, vt non aliter ac τῳ *prorsus*, *nonnisi* exprimatur. Plat. polit. p. 457. ἑνω — καταγελωμεθα ὡς ἀλλως ευχαις ὁμοια λεγοντες. Aristid. in Lept. pag. 88. λογος ἀλλως ἁπαντα ταυτ' οιμαι δοξαι, *nonnisi fabula*. Dio Cass. ἀλλα τουτο μεν καλλωπισμα ἀλλως ην.

εν καλῳ τοῦ θεατρου] *in opportuno* sc. *loco*, *theatri sedebat*. Simil. locum vid. in Xen. hist. gr. VI, 2, 6. vbi et cum Infinitiuo coniunctum reperitur, τοῦ βλαπτειν *ad nocendum*. Alio significatu dicitur εν καλῳ ειναι, *commodum*, *vtile esse*; vt εν δεοντι, προσηκοντι ειναι, Xen. ib. VI, 33.

παρ' ὅλον etc.] Sic dicitur παρ' ὅλον τον βιον, *per totam vitam*.

— της κωμ.] Lugd. τοῦ κωμ. quod minime reiiculum. *Tantum Socrati superfuit facultatis ad contemnendam comicam exagitationem, et ipsos Athenienses*, i. e. *tantum superior fuit Socrates omni exagitatione comica*. Ceterum vid. Senec. de constant. sap. c. 10. et Nost. inf. V, 8.

Digitized by Google

ΚΕΦ. ΙΔ'.

Περὶ πλατάνȣ ὑπὸ τȣ̃ Ξέρξȣ ἐρωμένης.

Γελοῖος ἐκεῖνος ὁ Ξέρξης ἦν, εἴγε θαλάσσης μὲν καὶ γῆς κατεφρόνει τῆς Διὸς τέχνης, ἑαυτῷ δὲ εἰργάζετο καινὰς ὁδȣ̀ς καὶ πλȣ̃ν ἀήθη, δεδȣ́λωτο δὲ πλατάνῳ, καὶ ἐθαύμαζε τὸ δένδρον. ἐν Λυδίᾳ γȣ̃ν, φασὶν, ἰδὼν φυτὸν εὐμέγεθες πλατάνȣ, καὶ τὴν ἡμέραν ἐκείνην κατέμεινεν, ȣ̓δέν τι δεόμενος, καὶ ἐχρήσατο ϛαθμῷ τῇ ἐρημίᾳ, τῇ περὶ τὴν πλάτανον. ἀλλὰ καὶ ἐξῆψεν αὐτῆς κόσμον πολυτελῆ, ϛρεπτοῖς καὶ ψελλίοις τιμῶν τȣ̀ς κλάδȣς, καὶ μελεδωνὸν αὐτῇ κατέλιπεν, ὥσπερ ἐρωμένῃ φύλακα, καὶ φρȣρόν. ἐκ δὲ τȣ́των τί τῷ δένδρῳ καλὸν ἀπήντησεν; ὁ μὲν γὰρ κόσμος ὁ ἐπίκτητος, καὶ μηδὲν αὐτῷ προσήκων, ἄλλως ἐκρέματο, καὶ συνεμάχετο εἰς ὥραν ȣ̓δὲν, ἐπεὶ τȣ̃ φυτȣ̃ κάλλος ἐκεῖνό ἐϛιν, εὐγενεῖς οἱ κλάδοι, καὶ ἡ κόμη πολλὴ, καὶ ϛερεὸν τὸ πρέμνον, καὶ αἱ ῥίζαι ἐν βάθει, καὶ διασείοντες οἱ ἄνεμοι, καὶ ἀμφιλαφὴς ἡ ἐξ αὐτȣ̃ σκιὰ, καὶ ἀναϛρέφȣσαι

θαλασσης μεν και γης etc.] Xerxes, Persarum rex, pedibus exercitum ex Asia in Europam per mare, facto ponte, traduxit, et contra per montem Atho (v. I, 15 med.), effosso canali, nauigare classem iussit. v. Herodot. VII, 35. Val. Max. III, 2. Iulian. or. I, p. 28.

τεχνης] *dei opus*; vocat hic coelum et terram.

γȣν] Vid. I, 14 med.

φυτὸν ευμεγεθες πλατ.] aeque, ac si dicitur χρημα της πλατανȣ, i. e. magna platanus.

επει τȣ φ. cet.] Accuratissima sane non est dicenda haec pulcritudinis arboris descriptio.

αμφιλαφης] quasi αμφιλαβης, quia vtraque manu apprehendi potest, vnde notat amplum et ab omni parte opacum, et maxime de arboribus dicitur, pro quo Hom. Il. ρ. αμφικομος. Sic tradunt quidem Grammatici et schol. ad Pind. Ol. IX, 122., sed Hemsterh., quem Ruhnk. sequitur ad Tim. p. 26. deriuandum id vocabulum vult a λαφω, cuius formae exemplum tametsi interierit, satis tamen e Praeterito λελαφα, et Deriuatiuis λαφυω, λαφυσσω, λαφυρος etc.

Digitized by Google

φυσαι αἱ ὧραι, καὶ ὕδωρ τὸ μὲν διὰ τῶν ὀχετῶν ἐντρέφον, τὸ δὲ ἐξ ἀρανῆ ἐπάρδον. χλαμύδες δὲ αἱ Ξέρξῃ, καὶ χρυσὸς ὁ τῆ Βαρβάρῳ, καὶ τὰ ἄλλα δῶρα, ἔτε πρὸς τὴν πλάτανον, ἔτε πρὸς ἄλλο δένδρον εὐγενὲς ἦν.

ΚΕΦ. ΙΕ'.

Περὶ τῶν τὰς τῶν ἐφόρων θρόνους ἀσβόλῳ χρισαμένων.

Κλαζομενίων τινὲς εἰς τὴν Σπάρτην ἀφικόμενοι, καὶ ὕβρει καὶ ἀλαζονείᾳ χρώμενοι, τὰς τῶν ἐφόρων θρό-

etc. cognoscatur, eam in veterrima lingua exstitisse. Rarius h. v. personis tribuitur, Callim. Apoll. 42. τεχνῃ δ' ἀμφιλαφὴς ἀτὶς τοσον, ὁσσον ἐκανη.

διὰ τῶν ὀχ. ἐντρ.] Lugd. *διὰ τοῦ ὀχετοῦ.* Sed melior videtur recepta lectio. Intelliguntur enim naturales sub terra quasi canales, s. ductus aquarum, radicem alentium. Sic inf. XIII, 1 in. mater, lac infanti ex vberibus praebens, dicitur ἐποχετεύσαι.

χλαμύδες] Χλαμυς, vestis tunicae superinducta et magnifica, propria ducum.

πρὸς τὴν πλατ. — ἦν] *non seruiebant, non vtilia erant ad* — Sic dicitur etiam ἀναγ ἐς τι, v. c. ἐς ἀρετὴν, *ad virtutem prodesse.*

Κλαζομενίων] *Clazomenae*, vrbs nobilis Ioniae Asiaticae. Plut. in apophth. lacon. tribuit hoc Chiis, qui tamen etiam fuerunt Iones, vid. infr. VIII, 5 fin.

Ἐφορων] Ephori quinque magistratus Lacedaemone a Theopompo, rege Spartano, circa an. 730. ante Christ., vel, vt alii (v. Herodot. I, c. 65. Plat. ep. 8.) dicunt, a Lycurgo constituti, vel, vt bene putat Barthelemy, iam reperti ab eo ac tantum confirmati, a Theopompo vero vi maiori donati, (v. *Barthel. Reisen d. iung. Anacharf.* IIII, p. 426.) vt essent adiutores regum, praesertim, quum hi bello extra vrbem impediti essent. Postea vero paullatim regio imperio ita se detraxerunt, vt regum potestatem coercentes, eos, quum quid commisissent, ad rationem reddendam redigerent ac punirent. Singulis annis ex plebe electi praeerant concionibus; eorum erat, bellum facere pacemque inire, cum exteris principibus ac populis tractare, vitam aliorum magi-

Digitized by Google

νους, ἔνθα εἰώθασι καθήμενοι χρηματίζειν, καὶ τῶν πολιτικῶν ἕκαστα διατάττειν, ἀλλὰ τούτους γε τοὺς θρόνους ἀσβόλῳ κατέχρισαν. μαθόντες δὲ οἱ ἔφοροι, οὐκ ἠγανάκτησαν, ἀλλὰ τὸν δημόσιον κήρυκα καλέσαντες, προσέταξαν αὐτὸν δημοσίᾳ κηρύξαι τοῦτο δὴ τὸ θαυμαζόμενον· ἐξέστω Κλαζομενίοις ἀσχημονεῖν.

ΚΕΦ. Ιϛ.

Περὶ Φωκίωνος.

Φωκίωνος δὲ τοῦ Φώκου καὶ τοῦτο ἔγωγε ἔγνων καλόν. παρελθὼν γὰρ εἰς τοὺς Ἀθηναίους, ἐκκλησίας οὔσης, ἐπεί τι αὐτοῖς ἐμέμφετο ἀγνωμονοῦσι, πάνυ σφόδρα πεπαιδευμένως, καὶ πληκτικῶς εἶπε· βούλομαι μᾶλλόν τι ὑφ' ὑμῶν παθεῖν κακὸν αὐτὸς, ἢ αὐτός τι ὑμᾶς κακῶς δρᾶσαι.

ΚΕΦ.

magistratuum inquirere, inventutis educationem dirigere. Princeps eorum eponymus cognominabatur annoque nomen dabat. Vid. Barthelemy l. c. p. 122. f.

και τουτο] Respicit ad ea, quae vid. supr. I, 26 in. ibique not., sicut *το δὲ* ad superiorem historiam de Clazomeniis.

αγνωμονουσι] *Αγνωμονειν, inique, ingrate agere*, vt Xen. hist. gr. I, 7. §. 10. vbi cel. Morus: Verba, ait, vi originis scientiam aut inscitiam exprimentia, in omnibus linguis significant etiam virtutes et vitia, quae illam scientiam aut inscitiam, vel necessario, vel plerumque sequi solent.

τι ὑμας κακως δρασαι] Verba cum Particulis *κακως, καλως, ευ* et cum aliis iuncta Accusatiuus, et personae, et, si res iudicatur, rei sequitur; v. c. *ευεργετειν τινα μεγαλα, καλως ποιειν τινα* etc.

Digitized by Google

ΚΕΦ. ΙΖ΄.

Περὶ Μάγων τῶν ἐν Πέρσαις σοφίας, καὶ Ὤχε.

Ἡ τῶν ἐν Πέρσαις Μάγων σοφία, τοῦ τε ἄλλα εἶδεν, ὁπόσα αὐτοῖς εἰδέναι θέμις, καὶ ἔν καὶ μαντεύεσθαι. εἶπας ἔν καὶ πρόσωπον τὴν τοῦ Ὤχε περὶ τὰς ὑπηκόους εὐγρίστητα, καὶ τὸ φονικὸν αὐτοῦ, διά τινων ἐκποδὼν τῶν συμβόλων καταγνόντες τοῦτο. ὅτε γὰρ, Ἀρταξέρξου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ τελευτήσαντος, εἰς τὴν βασι-

Μάγων σοφία] fiane futilibus argumentis illa Magorum sapientia subnititur. Ceterum Magi fuerunt antiquissimis temporibus apud Persas philosophi et simul sacerdotes ac theologi, quae primitus apud omnes paene gentes fuere conjuncta. Attendebant vero maxime ad motus siderum, et ex iis praedixerunt primum tempestates futuras, deinde vero res etiam alias et maxime facta hominum. Coepemunt tandem, blandiente inprimis rerum successu, in illa conjectandi audacia, vel certe vulgi applausu, iactare sciontiam quoque et facultatem per certos sacrorum ritus eliciendi ex inferis manes et adigendi eos ad res reconditas sibi enunciandas. Hinc iam *magica sacra*; imo hinc tandem apud plerasque gentes infamis facta est *Magorum* adpellatio, vt qui soli et secreti ab illis hominibus, noctu diis inferis maxime sacra facerent, et ficuti suis carminibus ac ritibus non tantum manes, sed et deos ipsos cogere posse, sic eorum etiam carminum vim contra alios plerumque homines exercere crederentur. Vid. de iis Brisson. de regno Persarum. Ad illos audiendos, profecti ex Graecia antiquissimi quique philosophi, Pythagoras, Empedocles, Democritus, Plato, vid. Plin. hist. nat. XXX, 1, XXIV, 17.

τοῦ τε ἄλλα] Vid. sup. ad c. 14 in.

Θέμις] sc. *est, fas est, decet*, sic Xen. Cyr. I, 6, 6.

φονικὸν αὐτοῦ] Vid. Val. Max. IX, 2. Plut. Artax.

Ἀρταξ. τοῦ πατρὸς] Fuit hic Artaxerxes Mnemon, cuius nomen etiam Ochus recepit, tum quia id erat iam regium nomen, quum illud Ochi nulli adhuc regi fuisset vsitatum, imo iam antea etiam a Dario, quum ad regnum perueniisset, abiectum; tum vt paterno hoc Artaxerxis nomine populis suis se commendaret, de quorum erga se voluntate dubitabat, atque

Digitized by Google

λείαν τῶν Περσῶν ὁ Ὦχος παρῆλθεν, οἱ Μάγοι προσέταξαν τῶν εὐνούχων τινὶ, τῶν πλησίον παρεστώτων, φυλάξαι τὸν Ὦχον, τῆς τραπέζης παρατεθείσης, τίνι πρῶτον τῶν παρακειμένων ἐπιχειρεῖ; καὶ ὁ μὲν εὐνοῦχος τηρῶν τοῦτο, ὁ δὲ Ὦχος τὰς χεῖρας ἐκτείνας, τῇ μὲν δεξιᾷ τῶν μαχαιρίων τῶν παρακειμένων ἓν ἔλαβε, τῇ δὲ ἑτέρᾳ τὸν μέγιστον τῶν ἄρτων προσελκύσατο, καὶ ἐπιθεὶς ἐπ' αὐτὸν τῶν κρεῶν, εἶτα τέμνων, ἤσθιεν ἀφειδῶς. ἅπερ ἀκούσαντες οἱ μάγοι, δύο ταῦτα ἐμαντεύσαντο, εὐετηρίαν τῆς ἐξ ὡρῶν, καὶ εὐφορίαν τὴν παρὰ τὸν τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ χρόνον, καὶ πολὺς φόνος. καὶ ἐδιψεύσαντο.

ΚΕΦ. ΙΗ'.

Περὶ δείπνων πολυτελῶν.

Τιμόθεος ὁ Κόνωνος, στρατηγὸς τῶν Ἀθηναίων, ἀποστὰς ποτε τῶν δείπνων τῶν πολυτελῶν, καὶ τῶν ἐξιάσεων τῶν στρατηγικῶν ἐκείνων, παραληφθεὶς ὑπὸ Πλάτωνος

atque idcirco patris mortem aliquamdiu celauit. De Ochi vero crudelitate vid. Iustin. X, 3.

Καρνεαδην και Κριτολαον] *Carneades* fuit philosophus academiae nouae; tres enim academiae s. sectae academicae numerantur, vetus, cuius auctor ipse Plato fuit, media, quam Arcesilas, et noua, quam hic Carneades condidisse dicitur. Imo quartam a Philone et Charmida, et quintam ab Antiocho constitutam (v. ad XIII, 25 med.) dicunt alii. Sed Cicero recte duas tantum admittit priores. Carneades enim non multum ab Arcesila abiit, sed eius disciplinam aliquantum emendauit. Arcesilas quidem omnem veritatem tollebat, omnemque adsensum, παντα ειναι αδηλα, *obscura*; Carneades autem, etsi cum illo docebat, παντα ειναι ακαταληπτα, *non posse perspici mente*, tamen probabilitatem relinquebat, et non omnia esse αδηλα dixit; vid. Cic. Acad. II, 10. it. 31. alia esse probabilia, alia non probabilia; alia percipi possunt, alia non possunt. *Critolaus* fuit Peripateticus. — — Floruerunt post regnum Macedonicum et eius vltimum regem Persea debellatum triumphatumque. Romam venerunt cum Diogene Stoico, legati ab Atheniensibus, vt mulcta quingentorum talentorum ipsis remitteretur, in quam ob querelas Oropiorum, quorum vrbem (Boeoticam) et agros diripuerant, a Sicyoniis, quos quasi recuperatores dederat illis senatus Romanus, erant damnati. Sed hi legati, omnium tunc temporis eloquentissimi, licet diuerso eloquentiae genere pro diuersitate sectarum, impetrarunt a senatu, vt haec mulcta ad centum talenta redigeretur, quam neque ipsam postea persoluerunt.

σωτηριαν] *Summa salus* sita tunc erat Atheniensibus in remissione tantae mulctae, quippe qui per bella Macedonica, prae ceteris Graecis, maxime erant adflicti et in extremam paupertatem deuenerunt, vt ait Pausan. Achaic. — Bene Perizonius cum Gesn., Fabro, Scheff. αυτοις pro vulg. αυτοι recepit.

την συγκλητον βουλην] hic plenum reperitur, quod alicubi saepissime ellipticum est, ἡ συγκλητος, *senatus.*

Digitized by Google

σοντας, ἀλλὰ γὰρ τὰς βιασομένας ἡμᾶς δρᾶσαι, ὅσα θέλουσιν. ἐγὼ καὶ πολιτείαν φαίην καὶ τὸ Περσαίου, εἴγε Ἀντίγονον ἐπαίδευτε· καὶ τὸ Ἀριστοτέλους, ἐπεὶ καὶ αὐτὸς σὺν Ἀλεξάνδρῳ τῷ Φιλίππου, νέῳ ὄντι, φιλοσόφων ἦν ἄριστος. καὶ Λύσις δὲ, ὁ γνώριμος ὁ Πυθαγόρου, καὶ αὐτὸς Ἐπαμινώνδαν ἐξεπαίδευσεν. εἴ τις ἂν ἀπράκλειας λέγοι τὰς φιλοσόφους, ἀλλὰ εὐήθη γε αὐτῶν καὶ ἀνόητα ταῦτα. ἐγὼ μὲν γὰρ τὴν σὺν αὐτοῖς ἀπραγμοσύνην, καὶ τὸν τῆς ἡσυχίας ἔρωτα καὶ ἀρπάσαιμι ἐπιθέμενος.

ΚΕΦ. ΙΗ'.

Περὶ συνεσίας Μίδου τοῦ Φρυγὸς, καὶ Σεληνοῦ καὶ τῶν ὑπὸ τούτου παραδόξως λεχθέντων.

Περιηγεῖταί τινα Θεόπομπος συνεσίαν Μίδου τοῦ Φρυ-

ἀλλὰ γαρ] contrarium praecedentis et negantis denotat cum emphasi quadam e γαρ exorta, v. paullo post in fin. ἐγω γαρ; it. XII, 1. II, 42. XIV, 5. IV, 5.

ἐγω καὶ] Praefert Periz. lectionem Sluisk. ἐγω δε, vel potius vult ἐγω δε καὶ, adsentiente viro doct. in Obs. Misc. III, 89.

Περσαιυ] Scripsit de rep. Lacedaemoniorum (vid. Athen. IV, 8.) imo et in bello Antigoni Gonatae contra Achaeos, Corintho et eius praesidio praefectus, periit. Fuit Zenonis discipulus.

Λυσις] Celeber hic fuit inter discipulos Pythagorae, cuius post mortem, quia Pythagorei male habebantur, vel potius grauissime infestabantur, aedibus in quas conuenerant, Metapontl, vel, sec. Iamblich. Crotonae, inflammatis a contraria Cyloniorum factione, Lysis euasit adhuc iuuenis ex Italia, et ita Thebas venit, vt constat ex Nepot. *Epaminonda.*

ανοητα ταυτα] sc. εστι. *Si igitur aliquis philosophos dicit otiosos, haec eius dicta sane sunt stulta et imprudentia. Ego quidem certe velocissime arriperem cum iis otium* et cet.

Θεοπομπος] scriptor historicus, patria Chius, discipulus Isocratis, scriptor rerum sui temporis, i. e. inde vbi desiit Xenophon et Thucydides, sed potissimum rerum a Philippo,

Digitized by Google

Φρυγὸς, καὶ Σεληνῆ. νύμφης δὲ παῖς ὁ Σειληνὸς ἔτος,

patre Alexandri geſtarum. Diligentiam eius laudant Athen. et Dionyſ. Halic., eumque nec laboribus, nec ſumtibus peperciſſe aiunt, quo ſedulo et coram in omnia prius inquireret, antequam ea traderet memoriae. Maledicentiam eius cum alii, tum maxime arguit Polybius, exc. VIII. Vid *Barthel. Anacharſ. Reiſ.* V, pag. 352. ſ. Ceterum περιηγεῖσθαι, monente Hemſterh. ad Lucian. p. 46. pr. eſt *per omnia aliquem deducere, eaque, quae viſu digna, monſtrare atque enarrare*, quod hoſpitibus officium et peregrinis praeſtari ſolet; hinc *adſurate* et *per ſingulas aliquid partes enarrare*, vt h. l.

Μίδᾳ] Traditur hic Midas ex Thracia, vbi ab Orpheo ſacris erat initiatus, veniſſe et occupaſſe Phrygiam. Alii tradunt (Iuſtin. XI, 7.) eum *Gordii* iam regis Phrygum *filium*, (v. inf. IV, 17.) *Phrygiam religionibus impleuiſſe* (vt Romam Numa), quibus tutiorem ſe omni vita, quam armis reddiderit. Neque tamen neglexit ille civium de ſe rumores aut ſuſurros, atque ideo traditur habuiſſe multos ωταχαστας ſ. delatores, qui, quaecumque viderant, aut audierant, ad ipſum deferrent, vnde ortam putant ſcholiaſtae fabulam de longis eius ſ. aſininis auribus, eodem ſenſu accipiendis, quo longae regibus tribuuntur manus. Sed et opulentia eius, forſan et auaritia deſignata fuit per fabulam, qua dicebatur a Baccho impetrauiſſe, vt quidquid contingeret, in aurum verteretur, aeque ac fabula de formicis infr. XII, 45. et Val. Max. I, 6. extr. — Ad illas religioſas artes referri poſſit hoc quoque colloquium cum Sileno, quem ſomno vinoque ſepultum apud fontem in ſuam redegiſſe poteſtatem traditur, et ab eo varia edoctus maxime de vitae humanae miſeria et longe beatiore hominum poſt mortem conditione. Sed et multa alia de origine rerum ac naturali philoſophia Silenus ipſe interroganti Midae reſpondiſſe fertur. Vid. ergo Virg. ecl. VI. Non igitur eſt, quod dubites, hunc Silenum, qui diuinae naturae dicitur fuiſſe particeps, certe homine maior et auguſtior, a Mida, callido conſilio eſſe iactatum atque aeſtimatum, tamquam qui ſibi eſſet auctor ſuarum legum atque inſtitutorum, plane vt Numa ſimulabat nocturnos congreſſus cum nympha Egeria, et paene omnes primi legum conditores commercium aliquod cum diis praetulerunt, v. c. Minos in Creta inſula, vt non modo reciperentur tanto facilius, ſed et ſanctius ſeruarentur ſuae leges. Ceterum fons ille Xenophontis tempore adhuc adpellabatur *fons Midae*, vid. Cyr. exped. I. in.

Σειληνὸς] Mſti Σιλήνας; vtrumque dictum eſt. Luc. in conv. deor. Silenum deſcribit, *vt calvum ſenem* et *ſimum naribus*, et

Digitized by Google

ἔτος, θεοῦ μὲν ἀφανέστερος τὴν φύσιν, ἀνθρώπου δὲ κρείττων καὶ θανάτου ἦν. πολλὰ μὲν οὖν καὶ ἄλλα ἀλλήλοις διελέχθησαν, καὶ ὑπὲρ τούτων ὁ Σειληνὸς ἔλεγε πρὸς τὸν Μίδαν· τὴν μὲν Εὐρώπην, καὶ τὴν Ἀσίαν, καὶ τὴν Λιβύην νήσους εἶναι, ἃς περιῤῥεῖν κύκλῳ τὸν ὠκεα-

et in Baccho eum adpellat *parvum senem, obesulum, ventriosum, simis naribus, aures habentem magnas et arrectas, thyrso nitentem.* Fingitur deinde ab antiquis fuisse educator et praeceptor ac custos et perpetuus comes Bacchi, vnde Diod. Sic. III. p. 212. eum dicit παιδαγωγον και τροφεα Διονυσου, imo εισηγητην και διδασκαλον γινομενον των καλλιστων επιτηδευματων (artium) και μεγαλα συμβαλλεσθαι (multa contulisse ad) τῳ Διονυσῳ προς αρετην τε και δοξαν. Inde ergo est, quod inducitur Silenus a veteribus, Cicerone, Virgil., Plutarcho, Aeliano, disserens ex interiori philosophia de rebus naturalibus et moralibus. Ceterum crediderunt multi veterum Silenos ac Satyros fuisse eosdem. Hinc passim vtrumque vocabulum confundi et de iisdem promiscue adhiberi videas, quin idee etiam *Silenos* in Plurali crebro legas, v. c. Plut. de discr. ad. et am., vbi manifeste Sileni pro Satyris ponuntur. Sed praeterquam quod gemmae ac sculpturae diversos illis tribuunt pedes, Sileno humanos aeque ac Lucian. et al., sed Satyris caprinos; diserte etiam distinguit Lucian. et Eurip. in Cyclop., vbi Silenum inducit Satyrorum patrem, tum Plato, Diodor. al.; putes ergo, Silenum fuisse vnicum, et hominem Dionysi s. Bacchi educatorem, qui dein, vt nutrices solebant, suas alumnas, sic ipse Bacchum vbique sit secutus, quasi comes eius ac custos; porro, diuersum fuisse a Satyris, sed tamen, postquam hi etiam in comitatum Bacchi fuerant adsciti, a poetis saepissime cum iis esse confusum, tanto magis, quoniam illis fingebatur praefectus: Satyros autem fuisse animalia ex maximo simiorum genere hominem referentia et feminas adpetentia, vid. omnino Paus. Attic. p. 21. et inf. c. 40.

Νυμφης παις] De ortu Sileni res est incertissima ap. veteres. Nost. sequitur sine dubio Hesiodum, vid. Strab. X, p. 471.

κρειττων και θανατου ην] Sluisk. et Med. 3. κρ. η και θανατου ην; at Lugd. plane vt regg. b. c. ει και αθανατος ην. Perizonio videtur legendum ει και θανατου ην, *homine maior, si quidem* vel *quoniam et morte maior erat;* si enim ponatur Act. apost. 4, 9. it. infr. IV, 9 med. οἱ δε εξεπλαγησαν ει τον ανδρα εχ. cet. *propterea quod* cet. Itaque Silenus adlegabatur ad semideos s. daemonas, qui ex schola Platonica proprie erant ministri deorum praecipuorum.

Λιβυην] *Africam*, pars pro toto.

Digitized by Google

ὠκεανὸν, ἤπειρον δὲ μόνην εἶναι ἐκείνην τὴν ἔξω τότε τῆ κόσμε. καὶ τὸ μὲν μέγεθος αὐτῆς ἄπειρον διηγεῖτο. τρέφειν δὲ τὰ ἄλλα ζῶα μεγάλα, καὶ τὸς ἀνθρώπους δὲ τῶν ἐνταῦθα διπλασίονας τὸ μέγεθος, καὶ χρόνον ζῆν αὐτὸς, ἢ ὅσον ἡμεῖς, ἀλλὰ καὶ ἐκεῖνον διπλῆν. καὶ πόλεις μὲν εἶναι καὶ μεγάλας πόλεις, καὶ βίων ἰδιότητας, καὶ νόμες αὐτοῖς τεταχθαι ἐναντίως κειμένες

ἤπειρον δὲ μόνην cet.] Antiquissimi homines Elysium et Tartarum in terrarum occidentalium loca, quae quoque tempore minime nouerant, extrema, posuerunt; quare Homeri aetate Italia, et in primis Neapolis sedes Elysii Tartarique fuit, vbi et Vlysses ad inferos profectus est, vid. Hom. Odyss. δ, 563. ib. Eustath. et Strab. I, p. 3. II, p. 150. Hesiod. ἔργ. 166. Aucta vero cognitione geographica eas regiones in Hispania quaesiuere, ita, vt et Styx et Lethe, inferorum fluuii, ibi crederentur. Denique et his terris magis cognitis, extremas insulas vltra Hispaniam Africamque sitas occupauit Elysium, quas ideo *fortunatas* adpellarunt, nunc *Azores*. In his porro regionibus terrae vltimis etiam insula ingentis magnitudinis, seu potius terra continens, vt Noster eam distinguit a tribus reliquis terrae partibus, credita est, quae nomen *Atlantidis* seu *Meropidis* tulit, et de qua multa mirabilia et portentosa a veteribus sunt narrata. Vid. Plat. Tim. et Critias, it. Strab. II, p. 102. de insula Atlantide, quam Solon ab Aegyptiis sacerdotibus acceperit esse sitam *extra columnas Herculis*, (vbi nunc est *Gibraltar* et *Ceuta*) in mari Atlantico, sed *Africa simul et Asia maiorem, quae bis quotannis fructus ferret, et opulentissimos ac potentissimos aleret populos, sed quae tandem grauissimis terrae motibus ac diluuiis subsederit, adeo, vt dein inueniri non potuerit, et oceanus copioso istic luto obsessus nauigari nequeat.* Respexit eam et Virg. Aen. VI. *iacet extra sidera tellus extra annum solisque vias.* Nihilo tamen minus quaeritur, an, de quo Periz. se non dubitare dixit, veteres aliquid crediderint vel sciuerint, etsi quasi per nebulam, de America, partim ex antiqua traditione, ab Aegyptiis vel Carthaginiensibus accepta, partim ex ratiocinatione de forma et situ terrae. Quamquam in hac re tam incerta et obscura non habes, quod diserti ssime disceptes, vel plane dubites, quum ipse Aristot. de mundo c. 3. dixerit, *probabile autem, multas etiam alias* huic (i. e. nostrae terrae) *obuersas* (ἀντίχθονας) *procul sitas iacere, quasdam huc nostra maiores, quasdam minores* cet.

τὰ ἄλλα] Vid. sup. II, 13 in.

Aelian.

Digitized by Google

μένους τοῖς παρ' ἡμῖν νομιζομένοις. δύο δὲ εἶναι πόλεις ἔλεγε μεγέθει μεγίστας, οὐδὲν δὲ ἀλλήλαις ἐοικέναι· καὶ τὴν μὲν ὀνομάζεσθαι Μάχιμον, τὴν δὲ Εὐσεβῆ. τοὺς μὲν οὖν Εὐσεβεῖς ἐν εἰρήνῃ τε διάγειν καὶ πλούτῳ βαθεῖ· καὶ λαμβάνειν τοὺς καρποὺς ἐκ τῆς γῆς χωρὶς ἀρότρων καὶ βοῶν, γεωργεῖν δὲ καὶ σπείρειν οὐδὲν αὐτοῖς ἔργον εἶναι. καὶ διατελοῦσιν (ἦδ' ὃς) καὶ ἄνοσοι, καὶ καταστρέφουσι τὸν ἑαυτῶν βίον γελῶντες εὖ μάλα, καὶ ἡδόμενοι. οὕτω δὲ ἀναμφιλόγως εἰσὶ δίκαιοι, ὡς μήτε τοὺς θεοὺς πολλάκις ἀπαξιοῦν ἐπιφοιτᾶν αὐτοῖς. οἱ δὲ τῆς Μαχίμου πόλεως, μαχιμώτατοί τέ εἰσι καὶ αὐτοὶ, καὶ γίνονται μεθ' ὅπλων, καὶ ἀεὶ πολεμοῦσι, καὶ καταστρέφονται τοὺς ὁμόρους, καὶ παμπόλλων ἐθνῶν μία πόλις κρατεῖ αὕτη. εἰσὶ δὲ οἱ οἰκήτορες οὐκ ἐλάττους διακοσίων μυριάδων. ἀποθνήσκουσι δὲ τὸν μὲν ἄλλον χρόνον νοσήσαντες, σπάνιον δὲ τοῦτο. ἐπεὶ τάγε πολλὰ ἐν τοῖς πολέμοις, ἢ λίθοις, ἢ ξύλοις παιόμενοι· ἄτρωτοι γάρ εἰσι σιδήρῳ. χρυσοῦ δὲ ἔχουσι καὶ ἀργύρου ἀφθονίαν, ὡς ἀτιμότερον εἶναι παρ' αὐτοῖς τὸν χρυσὸν τοῦ παρ' ἡμῖν σιδήρου. ἐπιχειρῆσαι δέ ποτε, καὶ διαβῆναι τούτους εἰς τάσδε τὰς ἡμεδαπὰς νήσους ἔλεγε. καὶ διαπλεύσαντάς γε τὸν ὠκεανὸν μυριάσι χιλίαις τῶν ἀνθρώπων, ἕως Ὑπερβορέων ἀφικέσθαι. καὶ πυθομένους τῶν παρ' ἡμῖν τούτους

πλουτῳ βαθει] Xen. oec. II, 10. βαθυς ανηρ, *vir diues et potens*, ib. Bach.

οὐδεν αυτοις εργον ειναι] εργον εστι τινι, *solet aliquis facere*, v. c. sup. III, 14. το εργον αυτοις αυλεισθαι εστι; sic infr. IV, 29 fin. ᾧ εργον ην, sc. γελαν. VIII, 2 med. IX, 24 in. Συβαριταις πασιν εργον ην τρυφαν. Quo sensu εργον non raro omittitur, v. c. Arist. or. Leuctr. II, p. 79 in. ηδικουμεν αν ὡς αληθως, και ουχ' ἡμων εποιουμεν — *nos pro nostro more faceremus.*

η δ' ὃς] ὃς ab Atticis saepe pro εκεινος adhibetur. Exempla maxime ap. Platonem aliosque passim occurrunt. — η pro εφη. Reperitur enim εφην, φη et η, sicut in Praesenti ημι pro φημι.

οἱ δε της Μαχιμου] sc. οικητορες.

επει ταγε πολλα] *quippe quum plerumque* cet.

ἕως Ὑπερβορεων] Sic dicitur ἕως της θαλασσης, *usque ad mare*

τύτες εἶναι τὲς εὐδαιμονεςάτες, καταφρονῆσαι ὡς Φαύλες, καὶ ταπεινῶς πράτ]οντας, καὶ διὰ ταῦτα ἀτιμάσαι προελθεῖν περαιτέρω. τὸ δὲ ἔτι θαυμασιώτερον προσετίθει· Μέροπάς τινας ἔτω καλεμένες ἀνθρώπες οἰκεῖν παρ' αὐτοῖς ἔφη πόλεις πολλὰς καὶ μεγάλας· ἐπ' ἐσχάτῳ δὲ τῆς χώρας αὐτῶν τόπον εἶναι καὶ ὀνομάζεσθαι Ἄνοσον, ἐοικέναι δὲ χάσματι· κατειλῆφθαι δὲ ἔτε ὑπὸ σκότες, ἔτε ὑπὸ φωτὸς, ἀέρα δὲ ἐπικεῖσθαι ἐρυθήματι μεμιγμένον θολερῷ. δύο δὲ ποταμὲς περὶ τὸν τόπον ῥεῖν, καὶ τὸν μὲν Ἡδονῆς καλεῖσθαι, τὸν δὲ Λύπης· καὶ παρ' ἑκάτερον τέτων ἑκατέραν δένδρα τὸ μέγεθος πλατάνε μεγάλης. φέρειν δὲ καρπὲς τὰ μὲν παρὰ τὸν τῆς λύπης ποταμὸν τοιαύτην ἔχοντας τὴν φύσιν· ἐάν τις αὐτῶν ἀπογεύσηται, τοσῦτον ἐκβάλλει δάκρυον, ὥσε κατατήκεσθαι, πάντα τὸν ἑαυτῦ βίον τὸν λοιπὸν θρηνῆντα, καὶ ἔτω τελευτᾶν. τὰ δὲ ἕτερα τὰ παραπεφυκότα τῷ τῆς Ἡδονῆς ποταμῷ, ἀντίπαλον ἐκφέρειν καρπόν. ἐς

mare. De tempore Matth. 2, 15. ἕως της τελευτης Ἡρωδε. Plane vt plura alia Adverbia conſtruuntur, v. c. μεχρι, ανευ, πλην, εξω, etc. v. ſup. II, 13 in.

ὡς Φαυλας] Sluisk. Φαυλως. Perinde eſt, vtrum eligas. Refertur autem vtraque lectio ad fortunam et conditionem hominum; Φαυλοι ſunt hic *viles*, nec digni, quos bello tibi acquiras; ταπεινως πραττοντες dicuntur, *qui tenui vtuntur fortuna*.

δια ταυτα ατιμ. προελθ.] *et quia haec non attentione vel aeſtimatione digna putabant, progreſſos eſſe*, cet.

Μεροπας] Μεροψ eſt vna earum vocum, quarum originem neſcimus, etſi nonnulli a verbo μερω, *diuido*, deriuare volunt, quaſi is, qui vocem ſ. linguam *diuiſam*, vel, vt alii, *articulatam* habet, vel homines, qui variis loquuntur linguis. Vulgo ponitur pro *homo*, ac paſſim reperitur ap. Homerum, et quidem ſaepiſſime cum voc. ανθρωπος vel ανηρ cet. coniunctum, v. c. Hom. hym. XXXII, v. 18. κλησω μεροπων γενος ανδρων ἡμιθεων.

τοσοτον εκβ. δακρυον] Malim cum Periz. δακρυων, probantibus Scheff. et Brunnero; etſi nihil mutare voluit Abr. Gron.

Digitized by Google

γὰρ ἂν γεύσηται τούτων, τῶν μὲν ἄλλων τῶν πρότερον ἐπιθυμιῶν παύεται· ἀλλὰ καὶ εἴ τυ ἤρα, καὶ αὐτοῦ λαμβάνει λήθην, καὶ γίνεται κατὰ βραχὺ νεώτερος, καὶ τὰς φθανούσας ἡλικίας, καὶ τὰς ἤδη διελθούσας ἀναλαμβάνει ὀπίσω. τὸ μὲν γὰρ γῆρας ἀποῤῥίψας, ἐπὶ τὴν ἀκμὴν ὑποστρέφει, εἶτα ἐπὶ τὴν τῶν μειρακίων ἡλικίαν ἀναχωρεῖ, εἶτα παῖς γίνεται, εἶτα βρέφος, καὶ ἐπὶ τούτοις ἐξαναλώθη. καὶ ταῦτα, εἴ τῳ πιστὸς ὁ Χῖος λέγων, πεπιστεύσθω. ἐμοὶ δὲ δεινὸς εἶναι δοκεῖ μυθολόγος, καὶ ἐν τούτοις, καὶ ἐν ἄλλοις δέ.

ΚΕΦ. ΙΘ'.

Περὶ διαφορᾶς Ἀριστοτέλους πρὸς Πλάτωνα.

Λέγεται τὴν διαφορὰν Ἀριστοτέλους πρὸς Πλάτωνα τὴν πρώτην ἐκ τούτων γενέσθαι. οὐκ ἠρέσατο αὐτοῦ τῷ βίῳ ὁ Πλάτων, οὐδὲ τῇ κατασκευῇ τῇ περὶ τὸ σῶμα. καὶ γὰρ ἐσθῆτι ἐχρῆτο περιέργῳ ὁ Ἀριστοτέλης, καὶ ὑποδέ-

των προτ. επιθ.] Sic saepissime Aduerbia pro Adiectiuis ponuntur; subintelligendum tunc est Participium γενομενος, ων, aut tale quid.

α τυ ηρα] τυ pro τινος. Adiectiuum τις indefinite ponitur, *quisquam. Si rei cuiusquam amore adfectus erat.* Sic mox α τῳ.

α τῳ πιστος ὁ Χιος λεγων] i. e. Theopompus, λεγων sc. εστι.

Την πρωτην] Videtur id de primis litis initiis accipiendum esse, quum auctor de origine eius et causis exponat. την πρωτην pro πρωτως, *in primis, vor allen Dingen.* Sic X, 19. νεῳ και πρωτῳ ὑπηνητῃ, h. e. *cui primum incipiebat lanugo suboriri;* v. sup. c. 14. Est igitur Adiectiuum pro Aduerbio.

ηρεσατο] Codd. ηρεσκετο forma vsitatiori in hoc Verbo. Sic II, 13. III, 17. alibique.

εσθητι περιεργῳ] Περιεργον est, quidquid est nimii ac superuacui laboris, in inanes ornamentorum delicias impensi. Sic IV, 11. vid. et ad II, 44 med.

Digitized by Google

ὑποδήσεως· καὶ κειρῶν δὲ ἐκείρετο καὶ ταύτην αἰτίαν Πλάτωνι. καὶ δακτυλίους δὲ πολλοὺς φορῶν ἐκαλλύνετο ἐπὶ τούτῳ. καὶ μωκίαι δέ τις ἦν αὐτῷ περὶ τὸ πρόσωπον, καὶ ἄκαιρος γωμυλία λαλοῦντος κατηγόρει καὶ αὐτὴ τὸν τρόπον αὐτοῦ. πάντα δὲ ταῦτα ὡς ἔγιν ἀλλότρια φιλοσόφου, δῆλον. ἅπερ ἂν ὁρῶν ὁ Πλάτων ἀπροσίητο τὸν ἄνδρα· προυτίμα δὲ αὐτοῦ Ξενοκράτην, καὶ Σπεύσιππον, καὶ Ἀμύκλαν, καὶ ἄλλους, τῇ τε λοιπῇ διζιώμενος αὐτοὺς τιμῇ, καὶ ἐν καὶ τῇ κοινωνίᾳ τῶν λόγων. ἀποδημίας δὲ ποτε γενομένης τῷ Ξενοκράτει εἰς τὴν πατρίδα, ἐπέθετο τῷ Πλάτωνι Ἀριστοτέλης, χορόν τινα τῶν ὁμιλητῶν τῶν ἑαυτοῦ περισησάμενος· ὧν ἦν Μνάσων τε ὁ Φωκεὺς, καὶ ἄλλοι τοιοῦτοι.

κειρων] Solebant enim philosophi delicatiorem corporis ornatum adspernari, atque ideo vix vtebantur tonsoribus, comamque habebant naturaliter promissam. Hinc Lucian. Peregrinum in formam et habitum philosophi transeuntem commemorans ait, *εκομα ηδη cet. comam iam alebat, sordido* vestiebatur *pallio, peram habebat ex humeris suspensam et scipionem in manu.* Aristoteles, ornamenta et luxuriam amans, ideo demebat sibi barbam.

δακτυλιους πολλους] Luxuriosorum hoc erat, plures simul annulos gestare, imo complures saepe vno in digito. Senec. nat. quaest. VII, 41. *exornamus annulis digitos, et in omni articulo gemma disponitur.*

α προσιητο τον ανδρα] *non adficiebatur desiderio hominis*, i. e. homo Platoni non placebat, Plato eum non probabat.

Ξενοκρατην] Xenocrates fuit Chalcedonius et Platonis discipulus, philosophus ita frigidus ac seuerus, vt Plato diceret: *Xenocrates, Gratiis sacrifica!* homo mente lentissima sed maxima et sedula industria vitaque sanctissima, cuius exemplum v. Cic. Tusc. V, 32. et ep. ad Att. I, 16. *Iurare Atheniensis Xenocratem*, testimonium dicentem, prohibuerunt, v. sup. II, 41 fin.

Σπευσιππον] Erat Potonae, Platonis sororis, filius, successerat Platoni in Academia. Vim quamdam animalem regere omnia credidit, vid. Diog. Laert. IV, s. 1. ff.

Αμυκλαν] Etiam Platonis discipulus, sed minus celeber, patria fuit Heracleota.

τῃ δε λοιπῃ] Pro quo longe saepius adhiberi solet Adiectivum ἄλλος.

Μνασων] Aristotelis discipulus. Athen. VI, 18. dixit, *mille*

ἐνόσει δὲ τότε ὁ Σπεύσιππος, καὶ διὰ ταῦτα ἀδύνατος ἦν συμβαδίζειν τῷ Πλάτωνι. ὁ δὲ Πλάτων ἐγηθήκοντα ἐτῶν ἐγεγόνει, ὁμῶς τι καὶ διὰ τὴν ἡλικίαν ἐπελελοίπει τὰ τῆς μνήμης αὐτόν. ἐπιθέμενος ἓν αὐτῷ, καὶ ἐπιβουλεύων ὁ Ἀριστοτέλης, καὶ Φιλοτίμως πάνυ τὰς ἐρωτήσεις ποιούμενος, καὶ τρόπον τινὰ καὶ ἐλεγχικῶς, ἀδικῶν ἅμα, καὶ ἀγνωμονῶν ἦν δῆλος. καὶ διὰ ταῦτα ἀποξὰς ὁ Πλάτων τῷ ἔξω περιπάτῳ, ἔνδον ἐβάδιζε σὺν τοῖς ἑταίροις. τριῶν δὲ μηνῶν διαγενομένων, ὁ Ξενοκράτης ἀφίκετο ἐκ τῆς ἀποδημίας, καὶ καταλαμβάνει τὸν Ἀριστοτέλη βαδίζοντα, ὃ κατέλιπε τὸν Πλάτωνα. ὁρῶν δὲ αὐτὸν μετὰ τῶν γνωρίμων, ὃ πρὸς Πλάτωνα ἀναχωρῆντα ἐκ τῷ περιπάτῳ, ἀλλὰ καθ' ἑαυτὸν

le eum habuisse seruos, et ideo *male audiisse apud Phocenses.*

σπιλελοιπε] Verbo monendum, vtrumque codicem Periz. hic legere σπιλελοιπα; saepe enim Plusquamperf. Tempus solo Perfecti augmento instruitur, non modo apud poetas, sed et historicos et Nostrum v. c. πεφοινικτο, XIII, 1.; νενομικτο, Plut. in institut. Lac. — *Simul etiam memoria propter senectutem aliquantum* (τι) *eum deseruerat.*

τω εξω περιπατω] Est, vt monet Periz., simpliciter ambulatio in quocumque loco publico, vnde opponitur ὁ ἔξω περιπατος, τῳ βαδιζειν ενδον, quod deinde exponitur εν τῳ κηπῳ ὄντα, vt adeo prius notet hic *ambulationem extra suas aedes* aut *hortos*, quae tamen certo loco plerumque facta est, quum in extremo capitis dicatur τῳ συνηθες χωριον. Erat autem *Academia*, vbi habitauit et mortuus est Plato, extra vrbem, προαστιον αλσωδες (δενδροφορωτατον, Plutarch.) *suburbanum praedium nemorosum.* Illic fine dubio multae fuerunt amoenae *ambulationes*, περιπατοι. Sed et philosophi maxime ambulando disserebant et docebant. Hinc περιπατος pro philosophiae studio vel schola, s. philosophantium coetu, vbicumque is esset, v. c. inf. V, 9 med. it. IV, 9 fin. Haesit deinde *peripati* vocabulum maxime in schola Aristotelis, vnde et Aristotelicorum secta proprie περιπατητικη fuit dicta, vt notum; etsi et Aristoteles successoresque eius in Lyceo habebant peripatum, quod alioquin vocabulum etiam aliorum scholis erat attributum, a perpetuo ambulandi illic et docendi vsu sic proprie dictum.

Digitized by Google

ἑαυτὸν ἀπιόντα εἰς τὴν πόλιν, ἤρετό τινα τῶν ἐν τῷ περιπάτῳ, ὅποι ποτὲ εἴη Πλάτων, ὑπώπτευε γὰρ αὐτὸν μαλακίζεσθαι. ὁ δὲ ἀπεκρίνατο, ἐκεῖνος μὲν ἐ νοσῇ, ἐνοχλῶν δὲ αὐτὸν Ἀριστοτέλης παραχωρῆσαι πεποίηκε τῷ περιπάτῳ, καὶ ἀναχωρήσας ἐν τῷ κήπῳ τῷ ἑαυτῷ Φιλοσοφεῖ. ὁ δὲ Ξενοκράτης ἀκέσας, παραχρῆμα ἦκε πρὸς Πλάτωνα, καὶ κατέλαβε διαλεγόμενον τοῖς σὺν ἑαυτῷ. ἦσαν δὲ μάλα συχνοὶ, καὶ ἄξιοι λόγου, καὶ οἱ μάλιστα δοκοῦντες τῶν νέων ἐπιφανεῖς. ἐπεὶ δὲ ἐπαύσατο τῆς ὁμιλίας, ἠσπάσατό τε, ὡς τὸ εἰκὸς, τὸν Ξενοκράτην Φιλανθρώπως, καὶ αὖ πάλιν ὁ Ξενοκράτης ἐκεῖνον ὁμοίως. διαλυθείσης δὲ τῆς συνουσίας, οὐδὲν ἧττε εἰπὼν πρὸς τὸν Πλάτωνα Ξενοκράτης, ἧττε ἀκέσας, συναγαγὼν τοὺς ἑταίρους, καὶ τῷ Σπευσίππῳ πάνυ ἰσχυρῶς ἐπέπληξε, παραχωρήσαντι τοῦ περιπάτου Ἀριστοτέλει· αὐτός τε ἐπέθετο τῷ Σταγειρίτῃ κατὰ τὸ κρατερὸν, καὶ εἰς τοσοῦτον περιῆλθε φιλοτιμίας, ὡς ἐξελάσαι αὐτὸν, καὶ ἀποδέσθαι τὸ σύνηθες χωρίον τῷ Πλάτωνι.

ΚΕΦ. Κ'.

Περὶ Λυσάνδρου, καὶ δώρων ἀνακομισθέντων αὐτῷ.

Λυσάνδρου τῷ Σπαρτιάτῃ εἰς Ἰωνίαν ἀφικομένῳ οἱ κατὰ τὴν Ἰωνίαν ξένοι πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα ἀπέπεμψαν,

κατ' ἑαυτὸν ἀπιόντα] *ad sua*, i. e. *ad suas ipsius aedes*. Act. apost. 28, 16.

Σταγειρίτῃ] i. e. Aristoteli.

κατὰ τὸ κρατερὸν] *pro viribus*, *quantum potuit*, I, 3. dicitur etiam κατὰ κράτος et ἀνὰ κράτος.

Λυσάνδρου] vid. Plutarch. in Lysand. et Nepos Lys. et inf. XIII, 8.

οἱ κατὰ τὴν Ἰωνίαν ξένοι cet.] Ex more illorum temporum, quibus solebant hospites sibi invicem, sed maxime aduentantibus peregre hospitalia mittere

Digitized by Google

ψαν, ἀτὰρ ὃν καὶ βοῦν, καὶ πλακοῦντα. ὁ δὲ ἀπιδὼν εἰς τὸν πλακοῦντα, ἤρετο, τί βούλεται τὸ πέμμα ἐκεῖνο εἶναι; ὁ δὲ κομίζων ἀπεκρίνατο, ὅτι ἐκ μέλιτος, καὶ τυροῦ, καὶ ἄλλων τινῶν κατεσκεύασται. ὁ δὲ Λύσανδρος, ἀλλὰ τοῦτο μὲν (εἶπε) δότε τοῖς Εἵλωσι· ἐλευθέρου γὰρ οὐκ ἔστι βρῶμα. τὸν δὲ βοῦν προσέταξε κατὰ τὰ πάτρια σκευασθῆναι, καὶ ἐδείπνησεν ἡδέως.

ΚΕΦ.

tere munera, v. c. Hom. Il. ζ. 218. Terent. Phorm. I, 2, 18. Neque priuati tantum, sed et populi hospitii iure inuicem contracto, muneribus excipiebant alios aduenientes. Sic Armenii per legatos Corbuloni *hospitale donum, coronam auream tradebant*, Tac. Annal. XIV, 24. Et hinc legatis amicorum s. foederatorum munera ab eo populo vel rege, ad quem missi erant, dabantur. v. c. Liv. XLV, 24 et 25. Ceterum Lysander multos per Asiam habuit hospites, et reliqua vita *temperantissimus* fuit *ex institutis Laconum*, κρείττων χρηματων και πασης ἡδονης, vt Plut.

τι βουλεται το πεμμα] vt Latini solent: *quid hoc sibi vult?* Germ. *Was will denn diess sagen?* Vid. et infr. IV, 9 fin.

κατεσκευασται] Vterque Mst. διεσκευασται, quod Perizon. verius esse putat. Sic XII, 1. de virginibus pulcerrime ornatis. Etenim σκευασθηναι de ornatu corporis et adparatu ciborum aeque dicitur. Ita XI, 12. in. plane vt hic et IX, 37.

τοις Εἵλωσι] Msti ειδοσι, sed alii alio ordine. Sed vera est haud dubie lectio recepta, ideoque a Scheff., Kuhn. aliisque probata. *Helotes* autem recte opponuntur *liberis*, qui publici erant Lacedaemoniorum (fere, non prorsus tamen) serui, vel potius seruis simillimi ac proximi (differebant enim ab his adhuc *serui* ipsi, qui domi serviebant dominis, v. *Barthelem.* infra cit. p. 81.), sic dicti ab oppido, Lacedaemoniis vicino, cui nomen *Helos*. Eius enim incolas quum Heraclidae in societatem recepissent ciuitatis, et mox secundi eorum reges Sous et Agis, exclusissent ac tributa iis imposuissent, rebellarunt illi, sed victi sunt et ea redacti, vt non licuerit eos manu mittere, aut in exteras vendere oras. Vid. Nep. Paus. ib. interpp. et Plutarch. Lycurg.; infra VI, 7. XIII, 19. Agrum Spartanis colere, aliaque officia seruilia iis praestare debebant, ac omnino durissime tractabantur. Vid. Zeun. ad Xen. Cyrop. IV, cap. 2. §. 1. init. vbi egit de discrimine inter Σκιριτας και Εἵλωτας. De Helot. vid. *Barthelemy Reise d. Griech.* IIII, pag. 81. et 423. s. 431 s.

κατα τα πατ.] sc. ηθη, *secundum mores patrios.*

Digitized by Google

ΚΕΦ. ΚΑ'.

Περὶ μεγαλοφροσύνης τῦ Θεμιστοκλέους.

Ἐπανήει ποτὲ ἐκ διδασκαλείου παῖς ἔτι ὢν Θεμιστοκλῆς. ἔστω πρεσβύτου Πεισιστράτου, ὁ παιδαγωγὸς ἔφη τῷ Θεμιστοκλεῖ, μικρὸν ἐκχωρῆσαι τῆς ὁδοῦ, προσαίροντος τοῦ τυράννου· ὁ δὲ καὶ πάνυ ἐλευθερίως ἀπεκρίνατο· αὐτὴ γὰρ, εἶπεν αὐτῷ, ἐχ ἱκανὴ ὁδός; ὥστε ἆρα εὐγενές τι καὶ μεγαλόφρον ἐνεφαίνετο τῷ Θεμιστοκλεῖ καὶ ἐξ ἐκείνου.

Ex διδασκαλου] Habebant veteres quoque ludos literarios, quos cuiusuis generis pueri frequentabant, etiam illustrium virorum liberi, qui a paedagogis seruis ducebantur in ludum, ac reducebantur, vt hicce Themistocles. Vid. XII, 9. et XIII, 38 in. Sed et in hisce ludis literariis, qui Athenis videntur plures fuisse, et variorum magistrorum, recitabant etiam sophistae quandoque suas dissertationes variis de rebus. Vid. Plat. in Hippia mai. pag. 286. Nec non puellae in publicas ducebantur scholas a nutricibus suis. Hinc iam ap. Terent. Phorm. I, 2, 36. de lenonis puella. Etiam apud Romanos. Sic v. c. Virginia dicitur a Liv. III, 44. *cum nutrice veniſſe in forum; namque ibi in tabernis literarum ludi erant.* Adolescentes porro suos mittebant saepe in alias vrbes, vt liberales perciperent disciplinas. Ita Romani suos, ablegabant primum in Etruriam, postea ad Massilienses, denique in Graeciam, potissimum Athenas, sed et Rhodum et Apolloniam. Graeci vero vndique ad celebres contendebant philosophos, Pythagoram, Platonem cet., quorum discipuli, ἑταῖροι, variis ex locis totius Graeciae orti, passim memorantur. Ipsi quoque transalpini (i. e. populi, qui extra Italiam ipsam, vltra Alpes habitabant, v. c. Galliae incolae) saepe in vnam aliquam vrbem mittebant ex tota regione studiorum gratia suos adolescentes, v. c. Tac. Ann. III, 43. In oriente autem iam olim apud Persas (Xen. Cyr. I.) *pueri ludos frequentantes degunt istic, vt iustitiam discant*, et licebat omnibus Persis, mittere suos liberos in communes iustitiae scholas.

Πεισιστρατου] De hoc vid. inf. V, 13. et not.

Digitized by Google

ΚΕΦ. ΚΒ'.

Περὶ τῆς τῦ Αἰνείᾳ εὐσεβείας, καὶ τῦ τῶν Ἑλλήνων ἐλέους πρὸς τὺς Τρῶας.

Ὅτε ἑάλω τὸ Ἴλιον, οἰκτείραντες οἱ Ἀχαιοὶ τὰς τῶν ἁλισκομένων τύχας, καὶ πάνυ Ἑλληνικῶς τῦτο ἐκήρυξαν, ἕκαστον τῶν ἐλευθέρων ἓν, ὅ, τι καὶ βάλεται, τῶν οἰκείων ἀποφέρειν ἀραίμενον. ὁ δὴ Αἰνείας τὺς πατρῴους θεὺς βαστάσας ἔφερεν, ὑπεριδὼν τῶν ἄλλων. ἡθέντες δὲ ἐπὶ τῇ τῦ ἀνδρὸς εὐσεβείᾳ οἱ Ἕλληνες, καὶ δεύτερον αὐτῷ κλῆμα συνεχώρησαν λαβεῖν. ὁ δὲ τὸν πατέρα

Καὶ πάνυ Ἑλληνικῶς] Sicut barbaris tribuebant Graeci, quidquid inhumanum erat et ſeruile, ſic ſibi propria iactabant omnia humana, liberalia et decora, atque adeo illa *βαρβαρικα*, haec Ἑλληνικα dicebant. At vero in hac hiſtoria conſtanter leguntur Graeci iſtius temporis Troianos, non viros tantum, ſed et matronas, neque illas ex plebe, ſed ex regia familia, ſine vlla miſericordia abduxiſſe in ſeruitutem. Credibile ergo eſt, conceſſiſſe hoc eos Aeneae, et qui circa eum erant, vel quia vna cum Antenore prodiderat ipſis Troiam, vt Menecrates Xanthius tradidit apud Dionyſ. Halic., vel, vt alii apud eumdem, quia capta iam inferiore vrbe in ſuperiorem ſe receperat cum multis aliis, atque inde acriter Graecis reſiſtebat, vsque dum iſtic, vel in monte Ida, data tandem fuerit Aeneae et comitibus eius diſcedendi, quo vellent, copia, cum iis rebus, quas ſecum deportare poſſent. Proditio eius, quae vulgo fertur, Perizonio valde ſuſpecta videtur, quum non Romani ſolum, ſed et Graeci antiquiſſimi, imo ipſe Homerus laudibus eum ornent, proditores autem ne a victoribus quidem laudari ſoleant. Credierit ergo, inde rem ortam, quod, vt ait Liv., pacis reddendaeque Helenae ſemper auctor fuiſſet.

ἀποφέρειν ἀραμ.] permittebatur, vt ſecum auferrent, quae ſinguli ſuis manibus vel humeris *ſublata* asportare poſſent. Vnde mox *βαστασας* cet.

τὺς πατρῴους θεὺς] intelligit potiſſimum *deos penates*, qui paſſim cum *patriis* iunguntur. Sed praeter hos penates etiam palladium ab Aenea in Italiam deportatum ferunt, quod idcirco gens Iulia ipſis in numis Aeneae tribuit, manibus id praeferenti, ſicut humeris patrem.

Digitized by Google

τέρα πάνυ σφόδρα γεγηρακότα ἀναθέμενος ὤμοις ἔφερεν. ὑπερεκπλαγέντες οὖν καὶ ἐπὶ τούτῳ οὐχ ἥκιστα, πάντων αὐτῷ τῶν οἰκείων κτημάτων ἀπέστησαν· ὁμολογοῦντες, ὅτι πρὸς τοὺς εὐσεβεῖς τῶν ἀνθρώπων, καὶ τοὺς θεοὺς καὶ τοὺς γειναμένους δι' αἰδοῦς ἄγοντας, καὶ οἱ φύσει πολέμιοι ἥμεροι γίνονται.

ΚΕΦ. ΚΓ.

Περὶ Ἀλεξάνδρου.

Καλὰ μὲν οὖν Ἀλεξάνδρου τὰ ἐπὶ Γρανίκῳ, καὶ τὰ ἐπὶ Ἰσσῷ, καὶ ἡ πρὸς Ἀρβήλοις μάχη, καὶ Δαρεῖος ἡρημένος, καὶ Πέρσαι δουλεύοντες Μακεδόσι. καλὰ δὲ καὶ τῆς ἄλλης ἁπάσης Ἀσίας νενικημένης. καὶ Ἰνδοὶ δὲ καὶ οὗτοι Ἀλεξάνδρῳ πειθόμενοι. καλὸν καὶ τὸ πρὸς τῇ Τύρῳ, καὶ τὰ ἐν Ὀξυδράκαις, καὶ τὰ ἄλλα αὐτοῦ. τί γὰρ δεῖ νῦν στενοχωρίᾳ λόγου περιλαμβάνειν τοσαύτην ἀνδρὸς εἰς ὅπλα ἀρετήν; ἔστω δὲ καὶ τῆς τύχης Ἀλεξάνδρου

δι' αιδους αγοντας] Sic infr. δι' επαινων ηγοντο laudabantur VIII, 2. δια σπουδης αγων, *desiderans eum*, plane vt IX, 4 in.

Καλα μεν ουν] sc. εστι.

Δαρειος ἡρημενος] captus non est Darius, sed victus et debellatus et in fuga occisus; simil. VIII, 7 in. et mox infr. c. 29. fin. et supr. II, 25 med. Sic et Hes. θεογ. 325. de Chimaera, την μεν πηγασος ειλε και εσθλος Βελλεροφοντης; non *cepit*, sed *occidit*, *vicit*. Polyaen. I, 1, 3. Διονυσος Ινδους ἑλων, αυτους τε Ινδους αγων συμμαχους cet.

προς τῃ Τυρῳ] Fuit nobilissima illa Tyri, vrbis, obsidio et occupatio, per Alexandrum facta.

τα εν Οξυδρακαις] Populus est Indiae, inter fluuios Indum et Hydaspen, vicinus Mallis. Hinc, quod alii in Mallis, id alii inque his et Aelian., in Oxydracis accidisse memorant. Illud autem Alexandri facinus hocce est, quod oppidum altervtrius populi oppugnans in murum adscendit solus, inque vrbem, hostibus plenam, desiliit, atque ibi contra omnes pugnans, cum praesentissimo vitae discrimine, vix viuus, irrumpentibus tandem suis, euasit nec nisi grauissime vulneratus, v. Curt. IX, 4.

Digitized by Google

ἀνδρȣ ἀγαπώσης τὰ πλεῖστα, εἴ τις εἴη δύσερις. καλὸς δὲ ȣ̃ν Ἀλέξανδρος, μὴ ἡττώμενος τῆς τύχης, μηδὲ πρὸς τὴν ἐξ αὐτῆς εἰς αὐτὸν προθυμίαν ἀπαγορεύων. ἐκεῖνα δὲ ȣ̓κ ἔτι καλὰ Ἀλεξάνδρȣ. Δίȣ μηνὸς, Φασὶ, πέμπτῃ ἔπινε παρ' Εὐμαίῳ. εἶτα ἕκτῃ ἐκάθευδεν ἐκ τȣ̃ πότȣ, καὶ τοσȣ̃τον ἐκείνης τῆς ἡμέρας ἔζησεν, ὅσον ἀναστὰς χρηματίσαι τοῖς ἡγεμόσιν ὑπὲρ τῆς αὔριον πορείας, λέγων, ὅτι ἔσται πρωΐ. καὶ ἑβδόμῃ εἱστιᾶτο παρὰ Περδίκκᾳ, καὶ ἔπινε πάλιν, καὶ ὀγδόῃ ἐκάθευδε. πέμπτῃ δὲ ἐπὶ δέκα τȣ̃ αὐτȣ̃ μηνὸς καὶ ταύτῃ ἔπινε, καὶ τῇ ἑπομένῃ τὰ εἰθισμένα ἔδρα, τὰ ἐκ τȣ̃ πότȣ. παρὰ Βαγώᾳ δὲ ἐδείπνησε τετράδι μετὰ εἰκάδα. (ἀπεῖ-

μη ἡττ. τ. τυχ. μ. π. cet.] i. e. *fatigatus fuit Alexander a fortuna* (vt Apul. I. Flor. *Fortuna semper maior fuit*) *spem non abiiciens fauoris fortunae* (προθυμιαν (sc. της τυχης) *in eum ipsum*, εις αυτον). Sic Plut. de fortit. Alex. or. II. *και δη διηρειδετο προς την τυχην, ȣκ αν εκαμε και απηγορευσε παρατατ̃τομενος, et firmabatur* (virtute) *aduersus fortunam, non autem fatigabatur*, aut *animum deiiciebat*, quasi contra eam *in acie positus*. — In ed. cl. Kuhn. iun. errore librarii desunt seqq. μηδε π. τ. ε. α.

Διȣ μηνος] Msti δι' ȣ̓ μηνος; sed haud dubie corrupte. Ergo cum Gesn., Kuhn. et Periz. verius legendum Διȣ μηνος. Nam non Bithynis tantum, sed et Macedonibus vsitatus fuit mensis *Dius*, imo Syro-Macedonibus primus fuit anni, respondens Romanorum Octobri. In eius initium incidit aequinoctium auctumnale.

παρ' Ευμαιῳ] Sic Ms. Sluisk. Scheff. mauult Ευμενει, quoniam is in fine cap. hui. memoratur. Periz. fortasse legendum putat παρα Μηδιῳ; et sane apud hunc, non apud Eumenem, feuerum et bellicosum virum, commissari et potare solebat Alexander, idque fecit etiam vltimo vitae mense.

τοσȣτον εκεινης της ημερ. εζησεν] *tantam eius diei partem viuebat, quanta ei opus erat ad agendum* cet.

πεμπτῃ επι δεκ.] Vid. ad II, 25 med.

Βαγωα] De Bagoa, qui antea Dario, dein Alexandro in deliciis, et apud eum potentissimus fuit, vid. Curt. VI, 5. X, 1. Athen. XIII.

τετραδι μετα εικαδα] vicesimo septimo, sicut mox τῃ τριτῃ scil. μετα εικαδα, *vicesimo tertio*. Solebant Graeci in suis mensibus dies vltimae decadis ita designare, vt detraherent semper vnum a numero dierum,

Digitized by Google

(ὑπεῖχε τῶν βασιλείων ὁ Βαγώας οἶκος δέκα σταδίους) εἶτα τῇ τρίτῃ ἐκάθευδε. δυοῖν ἓν θάτερον, ἢ Ἀλέξανδρος κακῶς τοσαύτας τὲ μηνὸς ἡμέρας ἑαυτὸν ζημιοῖ διὰ τὸν οἶνον, ἢ οἱ ταῦτα γράψαντες ψεύδονται. ἔξεστι δὲ ἐκ τούτων ἐννοεῖν, καὶ τὲ λοιπὲ χρόνε τὰ ὅμοια αὐτὸς λέγοντας, ὧν καὶ Εὐμένης ὁ Καρδιανὸς καὶ ἐκεῖνός ἐστι.

ΚΕΦ. ΚΔ'.

Περὶ Φιλοκαλίας Ξενοφῶντος.

Ξενοφῶντι ἔμελε τῶν ἄλλων σπουδαίων, καὶ ἓν καὶ ὅπλα καλὰ ἔχειν. νικῶντι γάρ, ἔλεγε, τὲς πολεμίες, τὴν καλλίστην στολὴν ἀρμόττειν· καὶ ἀποθνήσκοντας

rum, ad exemplum decrescentis lunae.

δυοῖν ἓν θάτερον] scil. *ἐστὶ ἀληθές*.

ταῦτα γράψαντ. ψευδ.] Lugd. *συγγράψ.*, nec temere, quum paene proprium sit historicis scriptionibus denotandis hoc verbum. Sic XII, 19. et Athen. d. l. Arrian. VII. p. 496.

Εὐμένης ὁ Καρδ.] Eumenes fuit inter comites s. duces Alexandri, vir plane illustris, qui diu Antigoni eiusque filii Demetrii conatibus fortissime se opposuit, denique captus occubuit. *Cardianus* dicitur, ab oppido Thraciae in Chersoneso, quod *Cardia* vocabatur. Scripsit ephemerides Alexandri, vid. Athen. X, 9. Ceterum Plut. et Nepos eius vitam descripserunt.

Τὴν καλλίστην στολήν] Hinc liquet, *στολὴν* non de vestibus omnino, nec de certo vestis genere tantum, sed de *toto ornatu et cultu corporis*, etiam eo, qui vnice in armis consistit, Xen. Cyr. III, 3, 42. adhiberi; a verbo *στέλλειν*, quod proprie *mittere*, sed dein etiam ad aliquid *parare* vel *ornare* notat, et vel maxime armis, ad pugnam vel certamen ineundum, v. c. Hom. Il. ψ, 285. ibique Eustath. Inde iam *στολὴ* apud Dion. Hal. VI. de Castore et Polluce *πολεμικὰς ἐνδεδυκότας στολὰς* diserte pro *lorica* ponitur. Cum nostro hoc loco conf. Xen. *ἀναβ.* III. *ἐσκάμενος εἰς πόλεμον ὡς ἐδύνατο κάλλιστα* cet., *ornatus in bellum, quam potuit, pulcerrime.* Similiter vero de aliis quoque ornamentis totius corporis vox ea adhibetur; sic inf. c. 43 in. c. 40 fin. de toto Silenorum vestitu. Vid. et Xen. anab. III, 2, 4.

Digitized by Google

σκοντα ἐν τῇ μάχῃ, κεῖσθαι καλῶς ἐν καλῇ τῇ παννεπλίᾳ. τῷ γὰρ ἀνδρὶ τῷ γενναίῳ ταῦτ' εἶναι τὰ ἐντάφια, τὰ ὡς ἀληθῶς κοσμοῦντα αὐτόν. λέγεται δὲ ὁ τοῦ Γρύλλου τὴν μὲν ἀσπίδα Ἀργολικὴν ἔχειν, τὸν δὲ θώρακα Ἀττικὸν, τὸ δὲ κράνος Βοιωτιουργὲς, τὸν δὲ ἵππον Ἐπιδαύριον. Φιλοκάλου δὲ ἔγωγε οἶμαι εἶναι φαίην τὰ τοιαῦτα ἀνδρὸς, καὶ ἀξιοῦντος ἑαυτὸν τῶν καλῶν.

ΚΕΦ. ΚΕ'.

Περὶ Λεωνίδου, καὶ τῶν τριακοσίων ἑθελοντὶ ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος ἀποθανόντων.

Ὁ Λεωνίδης ὁ Λακεδαιμόνιος, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ τριακόσιοι,

ἀποθνησκοντα] Vterque Mſt. Periz. ἀποθνησκοντι, quod Periz. crediderit ab auctore profectum; repetendum erit ἐμοιγ' ἐδοξεν.

ὁ τοῦ Γρύλλου] ſc. υἱος, Xenophon. Sic enim dicebatur et pater et filius eius, ſecundum morem Graecorum.

την ασπιδα Αργολ.] Ασπιδας, clypei, ab Argiuis primum orti traduntur et inuenti, imo leguntur adhibiti primum in proelio inter fratres, Aerifium et Proetum commiſſo. Apollod. II. Plin. hiſt. nat. VII, 56. et Pauſ. Corinth. p. 52. Quin et ludi Argis celebrabantur, qui dicebantur, ασπις εν Αργει, in quibus victori proemium, non corona, ſed clypeus dabatur. Hygin. f. 170. 273. Seriori tamen tempore et pelles animalium adhuc pro clypeis adhibitae fuerunt, vt ex Herculis inſignibus patet. Sic et Phoroneus, Danao longe vetuſtior, dicitur clypeum iam parauiſſe et dediſſe Iunoni, v. Hyg. fab. 274. Erant autem hi clypei Argolici prorſus rotundi, Virg. Aen. III, 638. Differebant ergo a θυρεοις, ſcutis, quippe quae erant oblonga.

κρανος Βοιωτιουργες] Ipſe Xenophon. περι ἱππικ. extr. commendat galeam Boeoticam, quia muniat omnia, *quae eminent ex lorica, nec impediat proſpectum.*

ἱππον Επιδαυριον] Hi quoque equi Epidauri, vrbis Pelop. erant celebres, v. Virg. Georg. III, 44.

Ὁ Λεωνιδης] Leonidam, regem Lacedaemoniorum, cum trecentis Lacedaemoniis bello primo Perſico Perſarum exercitum, ex Macedonia in Graeciam irruentem, Thermopylis tam diu retinuiſſe, donec a multitudine hoſtium, per montes

Digitized by Google

κόσιοι, τὸν μαντευόμενον αὐτοῖς θάνατον εἵλοντο ἐν Πύλαις· καὶ ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος εὖ καὶ καλῶς ἀγωνισάμενοι τέλος ἔτυχον εὐκλεές, καὶ δόξαν ἑαυτοῖς ἀθάνατον ἀπέλιπον, καὶ φήμην ἀγαθὴν δι' αἰῶνος.

ΚΕΦ. ΚΣΤ'.

Περὶ Πινδάρου τοῦ τυράννου.

Πίνδαρος ὁ Μέλανος υἱὸς, Ἀλυάττῃ δὲ θυγατριδοῦς τοῦ Λυδοῦ, διαδεξάμενος τὴν Ἐφεσίων τυραννίδα, πρὸς μὲν τὰς τιμωρίας πικρὸς ἦν, καὶ ἀπαραίτητος, τά γε μὴν ἄλλα ἐδόκει φιλόπαις εἶναι, καὶ σώφρων, καὶ τῇ μὴ

tes accedentium obrutus cum ſuis occumberet, notum eſt.

ἐν Πύλαις] Portae vrbium ſic proprie dicebantur, cum aedium dicerentur θυραί, vt monet Schol. ad Thuc. II, 14. Hinc iam anguſti aditus regionum per montes ſimiliter πύλαι adpellantur, vid. Curt. III, 4. et Suid. v. πύλαι; in primis autem aditus per Oetam montem; vnde conuentus Graecorum illo in loco *pylaea* vocabatur, et legati *pylagorae*. Viſitatius tamen iſtae *Pylae*, certe apud Latinos, *Thermopylae* adpellantur. Optime omnium locum hunc deſcribit Liv. XXXVI, 15. *extremos ad orientem montes Oetam vocant, quorum quod altiſſimum eſt, Callidromon adpellatur, in cuius valle, ad Maliacum ſinum vergente, iter eſt non latius, quam LX paſſus. Haec vna militaris via eſt, qua traduci exercitus, ſi non prohibeantur, poſſint. Ideo* Pylae, *et ab aliis, quia calidae aquae in ipſis faucibus ſunt*, Thermopylae *locus adpellatur.*

Ἀλυάττῃ — τοῦ Λυδοῦ] rex Lydiae Alyattes fuit, et illuſtris propter bella, quae geſſit cum Cimmeriis, qui Aſiam invaſerant, dein cum plerisque Ioniae populis, denique cum Aſtyage, quo in bello inter proeliandum accidit celebris illa ſolis defectio, quam Thales Mileſius praedixiſſe fertur. Ceterum vid. Polyaen. VI.

φιλόπαις εἶναι cet.] Sic Miſti, tamen ſuſpectum hoc videtur. Neque enim eſt idonea oppoſitio in his et praecedentibus. Deinde nusquam in h. cap. inſolitus aut notabilis quidam in liberos amor declaratur. Periz. ergo legendum putauit vel φιλοκαλος, *honeſti amans*, vel φιλοπατρις, *patriae amans*, quod vult et *l.* Fr. Gronou.; mihi tamen propter ſequentia, quae hanc amoris patriae ſententiam ſeorſim exprimunt, minus

Digitized by Google

μὴ δουλεῦσαι τὴν πατρίδα τοῖς βαρβάροις πολλὴν πρόνοιαν ἔθετο. ἔδειξε ταῦτα οὕτως ἔχειν ἐκεῖνα δήπου. ἐπεὶ γὰρ Κροῖσος ὁ πρὸς μητρὸς αὐτοῦ θεῖος κωταστρεφόμενος τὴν Ἰωνίαν, καὶ πρὸς τὸν Πίνδαρον πρεσβεύσαν ἀπέσταλεν, ἀξιῶν Ἐφεσίους ὑπ' αὐτῷ γενέσθαι· ὡς δ' οὐκ ἐπείσθη, ἐπολιόρκει τὴν πόλιν Κροῖσος. ἐπεὶ δέ τις τῶν πύργων ἀνετράπη, ὁ κληθεὶς ὕστερον προδότης, καὶ ἐν ὀφθαλμοῖς ἑώρα τὸ δεινὸν, συνεβούλευσεν ὁ Πίνδαρος Ἐφεσίοις, ἐκδήσαντας ἐκ τῶν πυλῶν καὶ τῶν τειχῶν θώμιγγας συνάψαι τοῖς κίοσι τοῦ τῆς Ἀρτέμιδος νεὼ, οἱονεὶ

minus probatur. Vel denique φιλανθρωπος, humanus, quod et cl. Meinecke amplectitur. Plane sicuti II, 4. Phalaridis celebratae crudelitati opponitur itidem illustre eius φιλανθρωπιας exemplum. Scribitur autem hoc vocabulum ex more, librariis vsitato, in Mstis, imo et in primis editionibus, vt sup. II, 33. φιλανος, vel etiam φιλανωπος, quod forte, quia posterioribus non videbatur satis Graecum, vel non satis intelligebatur, corruptum ideo fuit in φιλοπαις, tanto magis, quia filii mentio in sequentibus occurrit. Equidem adhuc fluctuor inter hanc Perizonii, et aliam Pauwii lectionem φιλος πασι κ. σ., quam mihi valde adridere fateor.

ὁ προς μητρος] Sic significari solet sanguinis communio, vel cognatio. Sic Herodian. I, 7. το προς πατρος γενος, *paternum genus*, Alciphr. I, 19. extr. ἡμετερος προς μητρος ὁ Ερως, *noster a parte matris* est *Cupido*. Sic Aeschin. c. Ctes. vir popularis esse debet ελευθερος προς πατρος και μητρος.

ὡς δ' ουκ επεισθη] Iensius et Io. Fr. Gron. malunt ὁ δ' ουκ επ., vt adeo oratio fiat paullo rotundior, et hoc ipsum pendeat ex superiori επει. Qua tamen emendatione opus esse non videtur Perizonio. Quum επει apud Graecos in transitione saepe notet *nam*, *siquidem*, vel etiam abundet (quod nondum crediderim.). Vir doct. Obs. Misc. III, pro ὡς mauuit ὁς, i. e. οὗτος. Mihi quidem Iensius et Gron. non male coniecisse videntur. Ceterum vid. Herodot. I, 26. Polyaen. VI, 50.

του της Αρτεμιδος νεω] Columnae erant in veterum templis quam plurimae, vnde et frequentes circum illa porticus. Hoc autem Dianae Ephesiae templum habuit 127 columnas, et altitudine quidem 60 pedum, teste Plin. h. n. 36, 14. Templum ipsum erat oblongum et quinque gradibus circumcinctum, quibus adscendebatur ad ipsum. Nocte ea, qua Alexander

Digitized by Google

οἱονεὶ τὴν πόλιν ἀνάθημα ἐῶντας εἶναι τῇ Ἀρτέμιδι, ἀσυλίαν διὰ τούτων ἐπινοῶν τῇ Ἐφέσῳ. ὁ δὲ συνεβούλευε προσελθόντας δεῖσθαι τοῦ Λυδοῦ· προβαλλομένων δὲ τὴν ἱκετηρίαν τῶν Ἐφεσίων, γελάσαντά φασι τὸν Κροῖσον, καὶ δεξάμενον πρᾴως τὸ στρατηγηθὲν, τοῖς μὲν Ἐφεσίοις συγχωρῆσαι τὴν μετ' ἐλευθερίας φυγήν· τῷ δὲ Πινδάρῳ προστάξαι τῆς πόλεως ἀπαλλάττεσθαι· ὁ δὲ οὐκ ἀντεῖπε. τῶν φίλων δὲ τοὺς συναπαίρειν αὐτῷ βουληθέντας παραλαβὼν, τὸν υἱὸν καὶ τῆς οὐσίας τὸ πλεῖστον τῇ πόλει παρακαταθέμενος, καὶ ἕνα τῶν συνήθων Πασικλέα ἀποδείξας ἐπίτροπον, καὶ τοῦ παιδὸς, καὶ τῶν χρημάτων, ἀπῆρεν εἰς Πελοπόννησον, τυραννικοῦ βίου φυγὴν αὐθαίρετον ἀλλαξάμενος, ὑπὲρ τοῦ μὴ ποιῆσαι τὴν πατρίδα ὑποχείριον Λυδοῖς.

ΚΕΦ.

ander natus erat, incensum ab Herostrato templum, dirutum esse traditur.

ὁ δὲ συνεβ.] Periz. coniecit τότε δὲ συνεβ., talem enim nexum certe sententia postulat.

προβαλλομ. δὲ τὴν ἱκετ.] *Praeferentibus autem supplicum insignia.* Ea apud Graecos maxime consistebant in ramis oleae, Liv. XXIX, 16. *obsiti squalore et sordibus, velamenta supplicum, ramos oleae, vt Graecis mos est, porrigentes.* Hinc ille ipse etiam oleae ramus dicebatur ἱκετηρία. Maxima autem supplicum ratio habebatur, vt paene nefas, certe nimis superbum existimaretur, eos reiicere: Imo etiam erat Iupiter Ἱκετήσιος (Hom. Od. ν, 213.) qui supplices curabat.

τὴν μετ' ἐλευθερίας φυγὴν] Corruptum hunc locum, sensumque sibi contrarium esse; facile adparet. Quid enim fuga s. exilium, et fuga Ephesiis data? Quum etiam ex re ipsa eluceat, datam illis esse facultatem manendi in patria et vtendi sua libertate ac bonis, Pindarum vero iussum solum migrare ex patria. Vnde ergo tam multae coniecturae. Gesn. v. c. coni. ζωὴν, Scheff. φιλίαν, Periz. πόλιν vel Ἐφεσὸν, vel οὐσίαν, vel quod optimum ipsi videtur, μονὴν, *mansionem.* Iac. Gron. εὐχὴν, aut φειδὼ. Quae omnia a vulgata longius iusto recedere videntur. Cl. Kuhn. nup. edit. vult ψυχὴν, *vitam cum libertate*, quod quid impedit, quominus adprobaris?

Digitized by Google

ΚΕΦ. ΚΖ'.

Περὶ Πλάτωνος πενίας, καὶ πῶς φιλοσοφίᾳ ἐπεχείρησεν.

Πέπυσμαι καὶ τοῦτον τὸν λόγον. εἰ δὲ ἀληθής ἐστιν, οὐκ οἶδα· ὃ δ' ἔν πέπυσμαι, ἐκεῖνό ἐστι· Πλάτων ὁ Ἀρίστωνος ὑπὸ πενίας (φασὶ) καταπονούμενος ἔμελλεν ἐπὶ στρατείαν ἀποδημῆσαι· καταληφθεὶς δὲ ὑπὸ Σωκράτους ὠνούμενος ὄπλα ὁ Πλάτων, αἰσχύνη τὴν ὁρμὴν, διαλεχθέντος αὐτῷ τοῦ Σωκράτους, ἃ εἰκὸς ἦν, καὶ πείσαντος φιλοσοφίας ἐπιθυμῆσαι.

ΚΕΦ. ΚΗ'.

Πῶς ὁ Σωκράτης τὸν τοῦ Ἀλκιβιάδου τύφον ἀνέσειλεν.

Ὁρῶν ὁ Σωκράτης τὸν Ἀλκιβιάδην τετυφωμένον ἐπὶ τῷ πλήθει, καὶ μέγα φρονοῦντα ἐπὶ τοῖς ἀγροῖς, ἦγαγεν αὐτὸν ἐπί τινα τόπον, ἔνθα ἀνέκειτο πινακίων ἔχον

Πεπυσμαι] à πεύθω et πυνθάνομαι.

ὑπο πενιας] Satis sane nobilis erat Plato, ortus quippe per patrem a Codro, per matrem a Solonis fratre; at non opulentus. Quare et deinde, quum choragus esset, Dion submiuistrauit ei pecuniam; a Dionysio tamen accepit super 80 talenta. Ceterum militauit etiam Plato, et ter quidem; aliam tamen occasionem, qua primum captus fuerit a Socrate, relicta tragoedia, vid. sup. II, 30.

ἐμελλεν — ἀποδημησαι] Lugd. et regg. b. c. ἀποδημησειν, probantibus eam et Kuhn. et Periz., quorum tamen hic vulgatam non plane reiiciendam putat, quum et alibi occurrat verbum μελλειν cum Aoristo Infinitiui alterius verbi, v. c. Hom. Iliad. σ, 98. et ω, 46. it. cum Aoristo II, inf. V, 20. XII, 49. Aeschyl. Pometh. 626.

Επι τινα τοπον] Excripsit hoc caput Stobaeus serm. XXII. fere iisdem verbis. Legit tamen ες pro επι, et cum eo etiam Sluisk., sed retinet vulgat. Med. 3. et edit. Basil.

πινακιον cet.] *tabulam, quae ambitum terrae continet.* Solebant

ἔχον γῆς περίοδον, καὶ προσέταξε τὴν Ἀττικὴν ἐνταῦθα ἀναζητεῖν. ὡς δὲ εὗρε, προσέταξε τοὺς ἀγροὺς τοὺς ἰδίους διαθρῆσαι· τοῦ δὲ εἰπόντος, ἀλλ' οὐδαμοῦ γεγραμμένοι εἰσίν. ἐπὶ τούτοις, εἶπε, μέγα φρονεῖς, οἵπερ οὐδὲν μέρος τῆς γῆς εἰσίν;

ΚΕΦ. ΚΘ'.

Περὶ Διογένους πενίας καὶ τύφου.

Διογένης ὁ Σινωπεὺς συνεχῶς ἐπέλεγεν ὑπὲρ ἑαυτοῦ, ὅτι τὰς ἐκ τῆς τραγῳδίας ἀρὰς αὐτὸς ἐκπληροῖ καὶ ὑπομένει. εἶναι γὰρ πλάνης, ἄοικος, πατρίδος ἐστερημένος, πτωχὸς, δυσείμων, βίον ἔχων τὸν ἐφήμερον καὶ ὅμως ἐπὶ τούτοις μέγα ἐφρόνει οὐδὲν ἧττον, ἢ Ἀλέξανδρος ἐπὶ τῇ τῆς οἰκουμένης ἀρχῇ, ὅτε καὶ Ἰνδοὺς ἑλὼν εἰς Βαβυλῶνα ὑπέστρεψεν.

ΚΕΦ. Λ'.

Περὶ σωφρόνων τινῶν.

Ἀμοιβέας ὁ κιθαρῳδὸς σωφρονέστατος ἐλέγετο, καὶ

bant hoc titulo vti, qui geographica scribebant. Celebris est apud veteres Eudoxi Cnidii γης περιοδος. Ceterum Strab. I. Anaximandrum (vid. sup. cap. 17 med.) circa tempora Cyri εκδουναι, ait, πρωτον γεωγραφικον πινακα, *tabulam geographicam*. Eustath. tamen ad *Dionys. perieg.* huius scientiae et tabularum geographicarum originem refert ad Sesostris, Aegyptiorum regis, tempora.

Τας εκ της τραγῳδιας αρας] Frequentissimae erant in tragoediis dirae et imprecationes, veluti ex persona Thyestis, Oedipi, Medeae cet.

Αμοιβεας] Aelian. hist. an. VI, 1. Plutarch., Athen. et Ouidius scribunt Αμοιβεος. Sed vterque cod. Periz. retinet Αμοιβεας. Solent enim eorumdem nominum diuersae plerumque vsurpari formae diversis in locis. Sic vulgo *Proteus*, at Πρωτεας infr. XII, 26.

Digitized by Google

γυναῖκα ὡραιοτάτην ἔχων μὴ ὁμιλεῖν αὐτῇ. καὶ Διογένης ὁ τῆς τραγῳδίας ὑποκριτής.... Κλειτόμαχος δὲ ὁ παγκρατιαστὴς, εἴποτε καὶ κύνας εἶδε συμπλεκομένους, ἀπεστρέφετο. καὶ ἐν συμποσίῳ εἴ τις ἀφροδίσιος λόγος παρεῤῥύῃ, ἀναστὰς ἀπηλλάττετο.

ΚΕΦ. ΛΑ'.

Περὶ Νικίου σπουδῆς περὶ τὴν ἰδίαν τέχνην.

Νικίας ὁ ζωγράφος τοσαύτην περὶ τὸ γράφειν σπουδὴν εἶχεν, ὡς ἐπιλαθέσθαι πολλάκις αὐτὸν τροφὴν προσενέγκασθαι προστετηκότα τῇ τέχνῃ.

ΚΕΦ.

26. Λεπρευς, Athen. et al. Nostro I, 26. et Callimacho Λεπρεας; *Aristeus*, Bacchi filius, et *Aristeas*. Sic Ιφικλευς et Ιφικλεας; *Perseus*, *Perses*, *Persa*, cet. Vixit autem hic citharoedus tempore Zenonis, Stoici, qui cum discipulis suis eum audire solebat, vid. Ouid. de art. am. III, 399.

σωφρονεστατος cet.] Erat autem νεογαμος. Solebant citharoedi et cantores abstinere venere, ne vocem corrumperent.

τραγῳδιας ὑποκριτης cet.] Videtur aliquid excidisse et id quidem, quod de hoc Diogene praedicari debebat, aeque ac de Amoebea et Clitomacho quaedam praedicantur. Sed et auctor hist. an. VI, 1. Διογενης δε, ait, ὁ της τραγῳδιας ὑποκριτης την ακολαστον κοιτην απαπατο παντελως πασαν, *repudiauit omnino omnem veneris concubitum*. Vid. et XI, 3.

Κλειτομαχος ὁ παγκρ.] Celeberrimus hic pancratiastes, patria Thebanus, de quo vid. Paus. Eliac. II, 192. *Pancratiastae* autem dicebantur, qui pugilatu et lucta certabant. Vid. et ad X, 22 med.

Νικιας] Nicomedis filius, praestans in primis in pingendis animalibus, vt scribit Paus. Att. Vixit tempore Alexandri et Ptolemaei Lagi, qui sec. Plut. 60 talentis emere voluit ipsius νεκυιαν, sed quam ille patriae suae, vrbi Athenarum donare maluit.

προστετηκοτα] *impallescentem arti*. Proprie enim τηκεσθαι dicitur, *quod quasi tabe quadam consumitur*. Hinc, *qui amore ardent et depereunt* dicuntur κατατηκεσθαι III, 1. sed et de luctu, v. sup. c. 18. non procul a fine.

Digitized by Google

ΚΕΦ. ΛΒ'.

Περὶ Ἀλεξάνδρου, καὶ Ἡρακλέους κιθαρίζειν μανθανόντων.

Ἀλέξανδρος ὁ Φιλίππου, παῖς ὢν, ἔπω πρόσηβος, ἐμανθανε κιθαρίζειν. τῷ δὲ διδάσκοντος κρῦσαι κελεύσαντος χορδήν τινα σὺν μέλει, καὶ ἣν ἅπτεται τὰ κιθαρίσματα· καὶ τί δοίσει, ἔφη, ἐὰν ταύτην κρύσω; ἑτέραν δείξας. ὁ δὲ ἥδεν ἔφη διαφέρειν τῷ μέλλοντι βασιλεύσειν, ἀλλὰ ἐκ ἐπὶ τέχνῃ κιθαρίζειν. μέλλοντι. ἔδοξε δὲ ἄρα ἔτος, μὴ ὢν ἀπαίδευτος, τὸ τῷ Λίνῳ πά-

θος.

Συν μελει] Μελος pr. est cantus, de quo plura vid. ad IV, 26 in. Hesych. (μελος = ηχος ἡδυ, ἁρμα. Hinc distinguebant Graeci inter ῥυθμον et μελος. Illa voce *modos* certi temporis s. spatii (Quinct. instit. I, 10. *modulationem, den Takt*), hoc *cantum* s. sonos diversae altitudinis (Quinct. *canorem ac sonos, Melodie,*) notabant. Aristot. Pol. VIII, 5 — 7. vtrumque identidem distinguit. Mox Quinct. ea ad orationem transferens dicit, *alterum* (ῥυθμον) *ad collocationem verborum, alterum* (μελος) *ad flexus vocis pertinere* vid. et IX, 4. — συν μελει infra XII, 60. dicitur ἐκ ἐξω μελους. Sensus ergo fit: *magistrum iussisse eum* simul cum cantu *pulsare chordam quamdam, quam postulabant cantica.*

ἀλλ' ἐκ ἐπι τ.] Explicari haec quidem posse Periz. putat, per ellipsin repetendae voculae negantis, vt fiat a Kuhn., sed multo esse elegantius atque aptius, quod voluerit Faber et probauerit Scheff., ἀλλ' ἐν, h. e. *at certe, attamen*, vt IV, 20 fin. et XIV, 22 med. Et ego quidem Fabri lectionem amplecter, sed si quis paullo timidior vulgatae adhaerendum putauerit, nonne ita liceret explicare: *Nihil, dixit, intercedere discriminis aliquando regnaturo, sed non ita se habere rem, sithara arte cantaturo.*

ἀπαιδευτος] qui nihil legit, didicit, nouit rerum ad animi cultum pertinentium; omnino vero imperitum istius significat artis, de qua agitur, sic ἀγροικος I, 7. it. IV, 18. Contrarium illi est πεπαιδευμενος, vt VIII, 2.

τῷ Λινῳ] Infelix ille Herculis praeceptor, *Linus*, patria fuit Thebanus, filius Ismenii, Sed plures fuere Lini, quorum postremus fuit hic ab Hercule occisus, qui praeceptor etiam Thamyris et Orphei fuisse dicitur a Diodoro III, p. 201. Dicitur

Digitized by Google

θος. τὸν γὰρ Ἡρακλέα ὁ Λῖνος ἔτι παῖδα ὄντα κιθαρίζειν ἐπαίδευεν· ἀμαθέστερον δὲ ἁπτομένῳ τῷ ὀργάνῳ, ἐχαλέπηνε πρὸς αὐτὸν ὁ Λῖνος. ὁ δὲ ἀγανακτήσας ὁ Ἡρακλῆς, τῷ πλήκτρῳ τῷ Λίνῳ καθίκετο, καὶ ἀπέκτεινεν αὐτόν.

ΚΕΦ. ΛΓ'.

Περὶ Σατύρου τοῦ αὐλητοῦ.

Σάτυρος ὁ αὐλητὴς Ἀρίστωνος τοῦ φιλοσόφου πολλοῦ ἠκροᾶτο, καὶ κηλούμενος ἐκ τῶν λεγομένων, ἐπέλεγεν· εἰ μὴ ἐγὼ τάδε τόξα φαεινῷ ἐν πυρὶ θείην;

τὰς

eitur et ab eodem *εὑρετὴς πρῶτος ῥυθμῶν καὶ μέλους*, vid. paullo autea.

τῷ πλήκτρῳ cet.] Diuersa *plectrorum* forma fuisse videtur, cum et citharārum diuersa fuerit, licet et illae vno vocabulo, vel certe diuersis (lyrae et citharae) promiscue designentur. Ex veterum sententia cithara, vel lyra prius exstitisse sola, sine plectro videtur, postea vero plectrum quoque digitorum loco adhibitum, idque ideo formam habuisse primum quasi manus, s. pectinis, *κεχηδός*, sed tandem, inualescente arte, artis fuisse, vt solis digitis pulsarentur fides; quam ob rem etiam ipsis in numis, gemmis, statuis, occurrunt passim citharae digitis potissimum pulsatae, rarius plectro. Saepe tamen promiscue digitis ac plectro cithara pulsata videtur, quod liquet v. c. ex Virg. Aen. VI, 645. et Martial. XIV, 165. Prima autem plectra exiles quasi dentes habuisse putes, quia sustinuisse videntur vices manus et digitorum. Certe enim et plectrum *pectinis* voce designabatur. Saepe plectrum apud poetas pro lyra ipsa reperitur positum, v. c. Horat. Od. II, 13. v. 26.

Ἀρίστωνος] Aristo fuit patria Chius, discipulus Zenonis, dictus *Siren*, quia facultate persuadendi, qua et Satyrum eo perducebat, vt philosophiae amore tibias se exusturum minaretur, valebat et quasi a natura factus erat ad concliones ad populum habendas. Vixit tempore Antigoni Gonatae.

εἰ μὴ ἐγω] Est Hom. Il. V, vers. 215., qui, vt solent Homerica, ad aliam rem, ab sagittis ad tibias a tibicine translatus est. *Pandarus* quidem, apud Homer. cum saepius tela sua, quae in hostem emiserat, irrita caderent, tandem iratus, ni, inquit, domum reuersus, *tela ista, manibus meis confracta,*

Digitized by Google

τοὺς αὐλοὺς αἰνιττόμενος, καὶ τρόπον τινὰ τὴν τέχνην ἐκφαυλίζων παραβολῇ τῇ πρὸς φιλοσοφίαν.

tia, in ignem coniecero, statim mihi hostis caput amputet, opto.

αὐλοὺς] *tibias*, non *tibiam*. Vsitatum enim fuit veteribus, duas simul tibias inflare, vt ex multis statuarum et sacrificiorum monimentis liquet. Has duas tibias dicebant etiam *dextras* et *sinistras*; quod videas in comoediarum Terentii titulis. Sed veram rationem earum obscuram adhuc habemus; quae Donatus aliique Grammatici protulerunt, haec sunt: *Dextrae*, quae et Lydiae adpellatae sunt, sua grauitate seriam comoediae dictionem pronuntiabant; *sinistrae* seu *Sarranae* iocum in comoedia ostendebant; mistim ioci et grauitates denuntiabantur. Dextra quidem capacior et amplieribus foraminibus sonum graviorem referens, prius inuenta eoque superior erat et incentiua cantici; dein ad varietatem et luxuriam cantus accessit sinistra s. laeua, acutioris soni, quae succentiua erat, v. Varro de R. R. I, 2. Dextra igitur *incinebat* canticum, sinistra *succinebat*; et his *accinere* dicebatur, qui canticum pronuntiabat. Sic in Eunucho Terentii canebatur *tibiis duabus, dextra et sinistra*. Sed Heaut. agebatur *duabus dextris*, qui erat modus Dorius, grauior. Tibiae adpellatae etiam sunt *pares*, quae aequales habebant cauernas, sic in titulo Hecyrae Terentii reperies *tibiis paribus*; *imparet* s. *Phrygiae*, quae inaequalia foramina, vt in titulo Phormionis: *Tibiis imparibus*. De his Virg. IX, 618. *Biforem dat tibia cantum*, vbi Seru. Biforem, *dissonum*, *imparem*. Ex Apul. Flor. 3. adparet, tibias impares fuisse coniunctas in vnam, ac reddidisse vtriusque et dextrae et sinistrae sonos. Omnes vero tibiae ab initio foramine pauco erant, vt Hor. art. poet. v. 212. dicit; dein auctiores euasere. Nec non erant tibiae *Lydiae*, quas cum tibiis dextris iungit *ob seriam grauitatem* Donatus, et *Sarranae*, cum sinistris; quamquam in Adelphorum Terentii titulo reperitur solum: *Tibiis Sarranis*. Sarranae nomen habent a *Sarra* ciuitate, postea *Tyrus* dicta, cf. Gell. XIV, 6. et Seru. ad Virg. Georg. II, 506.

Digitized by Google

ΚΕΦ. ΛΔ'.

Νόμος Λάκωσι καὶ Ῥωμαίοις κοινός.

Ὅτι Λάκωσι καὶ Ῥωμαίοις νόμος ἦν, μὴ ἐξεῖναί τινι ὀψωνεῖν, μήτε ἃ βούλεται, μήτε ὅσα βούλεται. προσέταττον γὰρ διά τε τῶν ἄλλων σωφρονεῖν τοὺς πολίτας, καὶ διὰ τῆς τραπέζης οὐχ ἥκιστα.

ΚΕΦ. ΛΕ'.

Ὅτι ἐν τῇ Ἀκαδημίᾳ γελᾷν οὐκ ἐξῆν.

Λόγος δέ τις διαῤῥεῖ, καὶ οὗτος Ἀττικὸς, ὃς λέγει, πρότερον ἐν Ἀκαδημίᾳ μηδὲ γελάσαι ἐξουσίαν εἶναι. ὕβρει γὰρ καὶ ῥαθυμίᾳ ἐπειρῶντο τὸ χωρίον ἄβατον φυλαχθῆναι.

ΚΕΦ.

Ὅτι] Ὅτι signe saepe est, vel, vt hic, historiae, aliunde memoratae, quod passim ap. Nestrum reperies, v. c. infra c. 39. 40. 41. IV, 18 med. 21 in. VI, 6 med. cet.; vel orationis rectae alicuius s. verbotenus adlegatae, v. c. Epict. enchir. c. 6. *α ὁ ἵππος — ελεγεν αν οτι καλος ειμι, si equus diceret: pulcer sum;* et mox: *συ δ' ὁταν λεγῃς — ὁτι ἵππον καλὸν εχω, tu vero, cum dicis; pulcrum equum habeo.*

Λακωσι και Ῥωμαιοις] De Lacedaemoniis vid. infr. XIV, 7 med. et sup. c. 20. et Plut. Ages. Romanorum leges sumtuarias videbis in Gellio, Macrobio et passim in Plin. et Cicerone. Ex lege v. c. Licinia, *olera* et *poma* concedebantur conuiuiis. Sed huc maxime facit lex Aemilia, *qua* sec. Gell. II, 24. *non sumtus coenarum*, vt reliquis fere legibus, *sed ciborum genus et modus praefinitus est*: Lata haec lex est a Cons. Lepido, qui post mortem Sullae turbauit remp. Caesar dein rerum petitus *legem praecipue sumtuariam* exercuisse dicitur a Sueton. c. 43. *dispositis circa macellum custodibus, qui obsonia contra vetitum retinerent.*

Φυλαχθηναι] Infr. IX, 29 med. *οἱ ἐν Λυκειῳ η εν Ακαδημιᾳ* opponuntur *νεανισκοις ακολαστοις, adolescentibus lascivis et intemperanter viuentibus.* Sed et Aristoph. Nub. tribuit Academiae *σωφρονας ἡλικιωτας, modestos.*

Digitized by Google

ΚΕΦ. ΛΣΤ'.

Διὰ τί ὁ Ἀριστοτέλης ἀπέλιπε τὰς Ἀθήνας.

Ἀριστοτέλης, ὅτε ἀπέλιπε τὰς Ἀθήνας δέει τῆς κρίσεως, πρὸς τὸν ἐρόμενον αὐτὸν, τίς ἐστιν ἡ τῶν Ἀθηναίων πόλις; ἔφη, παγκάλη· ἀλλ' ἐν αὐτῇ

Ὄχνη ἐπ' ὄχνῃ γηράσκει, σῦκον δ' ἐπὶ σύκῳ,

τοὺς συκοφάντας λέγων. καὶ πρὸς τὸν ἐρόμενον, διὰ τί

Δεα της κρισεως] Mss. regg. b. c. δια την κρισιν, quod genuinum esse putat Perizonius. Κρισις hic notat κατ' εξοχην *iudicium capitale*; sic XIV, c. 43 fin. et Matth. 5, 21. Metuebat autem Aristoteles accusationem ασεβειας, quod paeana, h. e. hymnum sacrum composuerat in eunuchum Hermiam, modo mortuum, quem vnice amauerat; quo crimine eum accusabat vel accusatorem in eum immittebat Eurymedon, sacerdos, vid. Laert. in vit. Arist. Contulit autem Aristoteles, relictis Athenis, se Chalcidem Euboeae, vnde fabula videtur orta inter christianos patres, et dein alios, se in Euripum (quod est fretum inter Euboeam et terram Graeciae continentem) praecipitasse, quia eius freti reciprocationis naturam, aut causam cognoscere non potuerit. Accidit autem illa accusatio et fuga Aristotelis statim post Alexandri mortem, quasi eam exspectassent accusatores. Chalcide vero, vel, vexatus etiam istic ab accusatoribus, eiusdem criminis aconitum vitro bibit, vt tradunt nonnulli, vel morbo paucis annis post decessit, vt tradit Dionysius.

προς τον ερομενον] Antipater is fuit, vt ex Ammonio docuit Schefferus, qui et vino Alexandro et post eius mortem Macedoniae et Graeciae praefuit, quemque Aristoteles testamento constituit curatorem supremum omnium suorum.

Οχνη cet.] Homeri Od. α. 120. versus sunt:

Οχνη (vel ογχη, vt cod. Med. 3. exhibet) επ' οχνῃ γηρασκει, μηλον δ' επι μηλῳ,
Αυταρ επι σταφυλῃ σταφυλη, συκον δ' επι συκῳ.

quo declaratur, maximam fuisse eorum fructuum multitudinem in hortis Alcinoi, (vt nos: *Traube an Traube*,) Aristoteles vero adludit ad sycophantas eorumque multitudinem, quae erat Athenis, et simul vocis originem. Sycophantae autem a *ficubus*, quae contra legem exportabantur, *deferendis* sunt dicti. Hinc passim poni videas pro delatoribus et calumniatoribus apud Graecos et Latinos, vt ex Plauto, Terent., Cic. notum est, v. ad II, 13 med.

Digitized by Google

τί ἀπέλιπε τοὺς Ἀθήνας; ἀπεκρίνατο, ὅτι ἐβούλετο Ἀθηναίους δὶς ἐξαμαρτεῖν εἰς φιλοσοφίαν· τὸ περὶ Σωκράτην πάθος αἰνιττόμενος, καὶ τὸν κατ' αὐτὸν κίνδυνον.

ΚΕΦ. ΛΖ'.

Νόμος Κείων κατὰ γερόντων.

Νόμος ἐστὶ Κείων· οἱ πάνυ παρ' αὐτοῖς γεγηρακότες, ὥσπερ ἐπὶ ξενίαν παρακαλοῦντες ἑαυτούς, ἢ ἐπί τινα ἑορταστικὴν θυσίαν ἀπελθόντες, καὶ στεφανωσάμενοι, πίνουσι κώνειον, ὅταν ἑαυτοῖς συνεδῶσιν, ὅτι πρὸς τὰ ἔργα τὰ τῇ πατρίδι λυσιτελοῦντα ἀχρηστοί εἰσιν, ὑπολειφθέντες ἤδη τι αὐτοῖς καὶ τῆς γνώμης διὰ τὸν χρόνον.

ΚΕΦ. ΛΗ'.

Εὑρισκόμενά τινα πρῶτον ἐν Ἀθήναις.

Ὅτι ἐν Ἀθήναις εὑρεθῆναι λέγεται πρῶτον τὴν ἐλαίαν,

Κεων] incolae Ceae, insulae, quae et Cos adpellatur, de qua vid. I, 29 in.

ὥσπερ επι ξενιαν παρ.] *tamquam qui ad hospitalem mensam se inuicem inuitant.* Hom. Od. ω, 313. μιξειαν ξενιην, *miscere hospitali mensa*; videtur intelligendum esse τραπεζαν, quod Hom. passim expressit. Erant autem in tali conuiuio prorsus laeti et festiui, sicuti etiam, quando ad sacrificium festiuum ac solemne adscendebant in templa, quod respicit Noster. De coronarum vsu frequenti in rebus laetis et sacris v. sup. III, 3. et not. it. IX, 15 in. De επι cum Dativo vid. Xen. ad Xen. M. S. I, 7, 1.

Την ελαιαν] Oleam inuenisse dicitur vel protulisse Minerua litigans cum Neptuno de terra Attica, v. Diod. Sic. V, p. 340. Plat. Menex. Iustin. II, 6. At Plutarch. in Themistocle confictam hanc fabulam a primis regibus putat, vt ita ciues suos a mari et Neptuno, forsan etiam a maritimis praedationibus auerterent ad culturam terrae et fructuum collectionem, quos inter oleae excellebant, quum frequentissimus fuerit

Digitized by Google

αν, καὶ τὴν συκῆν, ἃ καὶ πρῶτον ἡ γῆ ἀνέδωκε. δίκας τε δοῦναι, καὶ λαβεῖν εὗρον Ἀθηναῖοι πρῶτοι. καὶ

erit apud veteres olei in victu humano vsus. Vnde etiam in congiariis oleum vel maxime inter plebem diuidebatur Romae.

την συκην] Hanc inuenisse ac dedisse Phytalo dicitur Ceres, quum filiam quaereret, vid. Paus. Attic. p. 35. Athen. III, 2. terram Atticam copiose ferre ficus ait, eamque arborem hominibus purioris vitae ducem fuisse, ideoque fructum eius ab Atheniensibus dici ἡγητηριαν, quia ficus prima ex mitioris alimenti fructibus fuerit inuenta. Hinc sequ. cap. Athenienses primis temporibus ante fruges inuentas dicuntur ficubus se pauisse, vt alii glandibus, alii aliis fructibus.

δικας τε δουναι κ. λαβ.] Timaeus lex. Plat. ed. Ruhnk. *δικη, ὁτε μεν το εγκλημα, ὁτε δε ἡ κολασις, ὁτε δε ὁ τροπος και ἡ ὁμοιοτης.* Proprie notat, *ius suum alteri dare*, et *ab altero accipere*, *ex sententia iudicii*, siue illud ius iam sit poena, siue aliud quid alteri debitum, atque adeo *se et lites suas iudicio permittere*. Sic Thuc. I, 28. Corcyraei *δικας ηθελον δουναι εν Πελοποννησῳ παρα πολεσιν, αἱς* cet., vbi Schol. exp. *επιτρεψαι δικαστηριῳ και κριθηναι, δικας αμφοτερους διδοναι και δικασασθαι*, vt cap. 85. Quia tamen, vt iniuriae et actoris petitioni satisfiat, saepe reus ab iudice puniri debet, hinc illae phrases etiam *κατ' εξοχην* de poena saepe adhibentur. Sic Diod. IV. Minos venit Athenas *δικας αιτων τοῦ Ανδρογεω φονου*, *ius et poenam de caede Andr.*, filii sui, *postulans*. Ceterum auctor noster istis locutionibus *legum* originem ab Atheniensibus repetendam respexisse potuit. Etenim Ceres vna cum frugibus dedit prima Atheniensibus leges, secundum quas homines sibi inuicem ius tribuere solent, (vt ait Diod. V. *αλληλοις το δικαιον διδοναι.*) Eas vero Triptolemo proprie dedisse fertur, vnde eius antiquissimae leges de *parentibus honorandis*, *diis oblatione fructuum colendis*, *animalibus non laedendis*, tempore Aristotelis etiamdum exstabant Eleusine. Vnde Ceres Graecis *thesmophoros*, et eius sacra *thesmophoria*, Latinis *legifera*, Virg. Aen. V, 58. dicebantur; it. Ouid. Met. V, 342. Ab ea igitur acceptas leges Athenienses primi in vsum hominum intulisse dicuntur, vid. Cic. pro Flacc. c. 26. Isocr. paneg. p. 94. Sed tamen nihil impedit, quominus Noster h. l. etiam proprie vel potissimum *iudicia* intellexisse censeatur, tanto magis, quia iudicia prius exstitere, quam leges apud omnes fere populos, vnde arbitria principum tamquam iudicum pro legibus tunc erant, v. Iustin. I, 1. Athenis autem primum a Plin. VII, 56. traditur in Areopago capitis iudicium esse actum. Intelligi vide-

Digitized by Google

καὶ ἀγῶνας τὸν διὰ τῶν σωμάτων πρῶτοι ἐπενόησαν, καὶ

videtur iudicium, quo Mars a Neptuno accusatus, sedentibus XII diis, causam dixisse fingitur caedis, quae adiuditur inf. VIII, 12. Post a Cephalus dicitur ibi iudicatus, dein Daedalus, denique Orestes, vid. et Demosth. adv. Aristocr. p. 438. Quum igitur Areopagus esset iudicium omnium in Graecia vetustissimum, reliqui quoque Graeciae populi antiquissimis temporibus ad hoc iudicium aliquando prouocarunt aduersarios. Sic Messenii ap. Paus. Mess. p. 115. controuersiam cum Lacedaemoniis Areopago Athen. permittere voluisse dicuntur. Vid. de Areopago etiam not. ad V, 15 in.

ἀγῶνα τὸν διὰ τῶν σωμ.] Distinguendum hic est inter γυμνασια et ἀγωνας. De prioribus, quae exercitia iuuenum roboris ac valetudinis firmandae causa erant, vid. sup. II, 6. Et haec quidem a Cretensibus et inde ad Lacedaemonios profecta sunt, v. Plat. rep. V. p. 452. Nudi ibi adolescentes, etiam saepe puellae, certabant, sed tamen non admittebant oculos spectatorum. Apud Platon. Theaet. p. 169. iubebant ἢ ἀπιεναι, ἢ ἀποδυεσθαι. Non autem modo ἀπεδυοντο Lacones, quod quidem et alii faciebant, qui retinebant διαζωματα περι τα αἰδοια, sed etiam iique primi ἐγυμνωθησαν Thuc. I, 6. quos tamen deinceps secuti sunt reliqui etiam in Olympicis certaminibus, v. ib. Thucyd. et Schol. et Paus. Attic. p. 42. Praeterea nusquam frequentior fuit *Gymnasiorum* vsus, quam Lacedaemone, vnde illis quasi propriae tribuuntur *palaestrae*. At vero ab his gymnasiis longe diuersi erant *agones*, h. e. *certamina publica* in festis et solemnitatibus maxime fieri solita. Haec autem certamina peragebantur quidem ad postremum etiam artibus ingenii, quae tunc dicebantur *musica*, et apud antiquissimos tantum consistebant in exercitiis corporis (Nost. διὰ τῶν σωματων.) Talem autem *agona* reuera tradebantur Athenienses omnium primi instituisse, qui dicebatur Ἀθηναια, quae *coeperunt* sub Erichthonio, qui *equos primus iunxit*; in isto scil. certamine, quod *equestre* fuit. Perro memorantur *Thessalica* in honorem Peliae, ab Acaste filio eius; tum *Isthmia*, tum *Olympia* cet. Panathenaea autem a Theseo, vt Eleusinia sub Pandione II, instituta sunt. Quod vltimum certamen primum fuit *gymnicum*, sec. Aristid. Eleus. Vtrumque ergo et equestre et gymnicum excogitatum est ab Athenensibus, atque adeo et illa, quae certaminibus his erant perpetua et propria, ἀποδυεσθαι et ἀλειψασθαι. Quin imo quia per gymnasia et palaestram praeparabantur homines gymnicis agonibus, ideo post eos Eleusine primum constitutos ipsam quoque artem palaestricam Theseus reperisse traditur, quum antea

Digitized by Google

καὶ ἀπεδύσαντο, καὶ ἠλείψαντο· καὶ ἵππους ἔζευξε πρῶτος Ἐριχθόνιος.

ΚΕΦ. ΓΘ'.

Τί τινες πάλαι ἤσθιον.

Ὅτι βαλάνους Ἀρκάδες, Ἀργεῖοι δ' ἀπίους, Ἀθηναῖοι δὲ σῦκα, Τιρύνθιοι δὲ ἀχράδας δεῖπνον ἔσχον, Ἰνδοὶ

antea homines non arte quadam, sed solis viribus luctarentur. Ita vero exortae post agonas iam constitutos demum palaestrae, h. e. *παλης διδασκαλεια*. Vid. omnino Paus. Attic. c. 39.

ἠλείψαντο] Proprium hoc adeo factum est gymnasiis et certaminibus, vt alterum ab altero vix separetur, et quum leges Atticae prohiberent, ne serui exercerentur, vetarent simul, ne vngnerentur solo oleo. Victoribus autem dabatur hydria olei, v. Schol. ad Pind. Nem. od. 10. Ceterum vt apud Athenienses primum inuenta dicitur olea, sic et regio earum fuit feracissima; quin et hodie Athenienses oleo conficiendo, et Constantinopolim aliasque in vrbes mittendo vnice vtitant.

ἵππους ἔζευξε] Intelligendum hoc de *quadrigis*, et de *agone*, testibus Virg., Plin., Suid. et Harpocr. Alii Trochilum Argidum primum aiunt, iunxisse quadrigas. Alii Oenomaum, Pelopis socerum.

Ἀπίους — ἀχράδας] Vnum idemque significant haec vocabula, quorum alterum, vt fere fit, ap. Argiuos, alterum apud Tirynthios et Laconas maxime inualuit. Apud ceteros Graecos promiscue videtur vtrumque fuisse in vsu, sed maxime tamen *ἀπιους*, v. Schol. ad Aristoph. eccles. pag. 734. Sec. Plut. quaest. graec. p. 51. *pira* primum in Peloponneso inuenta et adpellata a Peloponnesiis *ἀχράδες* fuisse, et reliqui Graeci, quum ea in Peloponneso primum vidissent, ea dein adpellasse *ἀπιους* videntur, quoniam Peloponnesus olim dicebatur *Apia*. Fortasse tamen per *ἀχράδας* potius intellexerunt pira siluestria, vt Strab. XV, p. 734. quamquam Scholl. *ἀχράδας* saepe per *ἀπιους* explicarunt, et h. l. vere idem signi. cant.

Ἀθην. δὲ σῦκα] v. Isocr. paneg. c. 6. ff. Ouid. Fast. II, 291.

Τιρυνθιοι] *Tiryns*, vrbs Argiua sub Proeto rege, Perfei auunculo, muris a Cyclopibus circumdata, (vnde ap. Hom. *τειχιοεσσα*) Perfei sedes erat. Belli Peloponnes. tempore haec vrbs ab Argiuis diruta fuit, vt

Digitized by Google

Ἰνδοὶ καλάμους, Καρμανοὶ Φοίνικας, κέγχρον δὲ Μαιῶται καὶ Σαυρομάται, τέρμινθον δὲ καὶ κάρδαμον Πέρσαι.

ΚΕΦ. Μ'.

Περὶ Σατύρων, Τιτύρων, καὶ Σιληνῶν.

Ὅτι οἱ συγχορευταὶ Διονύσου Σάτυροι ἦσαν, οἱ ὑπ' ἐνίων

vt suam ipsorum vrbem Argos augerent.

Ινδοι καλαμους] scil. δεικνον εἶχον. Sed minus adcurate. Vescebantur Indi milio, oryza et similibus, v. Lucan. III, 237. Hae autem arundines sunt eaedem, ex quibus nostrum exprimitur et dein excoquendo densatur saccharum, quam artem veteres omnino ignorabant. Quamquam Salmasius Plin. exercit. p. 1018. censet, saccharum antiquorum diuersum a nostro saccharo, quod illud ex aliis et maioribus calamis, qui *Bambu* vocentur, proveniat, tamquam gummi, durum, at fragile, quum nostrum conficiatur ex illo liquore, quem veteres Indi bibebant, expressum ex tenera arundine, vel arbore non nimis magna. Ceterum saccharum apud Romanos Graecosque tantum ad medicinae vsum adhibebatur, eiusque origo etiam veteribus non satis erat explorata.

Καρμανοι Φοινικας] Habitarunt illi ad sinum Persicum versus orientem et mediterraneum tractum. Frequens ibi est *palma*, Strab. XVI, pag. 739.

κεγχρον etc.] *Maeotae* sunt pars Sarmatarum ad paludem Maeotin habitantes.

τερμινθον] *terebinthum*, Dioscorides I, 76. fructum eius edulem dicit, sed stomacho adversari. Designare Noster videtur pistaceas, quae etiam resinosae sunt tactu, vt terebinthus ipsa est, v. Plin. XIII, 6. Athen. II, 25. *oleum*, ait, in vsum ipsius regis exprimi ex terebintho, sed maxime XIV, 17. τερμινθον νυν πιτακιαι οἱ Συροι καλουσι.

καρδαμον] *nasturtium*. Schol. Arist. Nub. pag. 236. καρδαμα εἶδος βοτανης αγριου παρα Περσαις. Vtebantur autem eo etiam apud Graecos Philosophi quidam frugaliter viuentes, Lucian. Timon. p. 95. In Persia valde abundabat cardamum et frequentissimi erat vsus, adeo, vt etiam pueri se oblectare debuerint eo pro obsonio, sec. Xenoph. Vid. plura ap. Zeun. ad eius Cyr. I, 2, 8. et ind. h. v.

Ὅτι] v. not. ad cap. 34 in.

οἱ συγχορευταὶ Διον] Propria est Baccho chorea, v. cap. 42 med. et chori scenici olim eius numen vnice celebrabant. Ex his

ων Τίτυροι ὀνομαζόμενοι. ἔσχον δὲ τὸ ὄνομα ἐκ τῶν τερετισμάτων, οἷς χαίρουσι Σάτυροι. Σάτυροι δὲ ἀπὸ τοῦ

his choris ortae deinde sunt comoediae et tragoediae, quae ideo etiam fuerunt sacrae, et eius festo apud Athenienses agebantur, v. supr. ad II, 50. Quin ideo et histriones dicuntur eleganter οἱ περὶ τὸν Διόνυσον τεχνῖται apud Athenienses, V, 13. Hinc ergo et Bacchus ipse dicitur χορευὼν et Διόνυσος χορευτὴς et χοροιμανὴς. Satyri autem ei συγχορευὼν, quia perpetui erant ipsius comites, v. Ouid. Fast. III, 737.

Τίτυροι] *Tityrus* est nomen rusticum, rem rusticam proprie significans; hinc et in bucolicis vsitatum. Complures eius vocabuli significationes collegit schol. Theocr. Idyll. 3. et 7. vnde adparet, τίτυρον notasse *arietem* vel *hircum* forte a τιτυσκομαι, secundum Suid. *collineo*, quia isthaec animalia, quando alium petunt capite prius quasi speculari scopum solent. Hinc iam adhibetur etiam ad notandos *simios miliores*, iisque adiungitur, Theophr. char. c. 5. Porro et hoc inde factum, vt et tribueretur tamquam proprium nomen *pastoribus* apud Graecos et Latinos, et adhiberetur *Satyris*, quorum origo prima ad genus simiorum videtur referenda. Dein, quum Dorienses in Sicilia et Italia multa audirent de Satyris Bacchi, videntur etiam illis tribuisse hoc nomen tityrorum propter conuenientiam partim nominum, partim morum cum suis illic pastoribus, quos per otium ludicris deditos, aeque ac Satyri fuisse dicuntur, adpellabant *tityros*. Adde quod et tibicines, qui in pompis simul cum cantu ludicros motus et ridiculos ciebant, Itali adpellarint τιτυρίστας, v. Appian. de bello Pun. p. 35. de pompa triumphali Χορὸς κιθαριστῶν τε καὶ τιτυριστῶν βαινόντων ἐν τάξει μετὰ ᾠδῆς καὶ μετορχήσεως. Conueniebat autem illa tibicinum saltatio cum satyrica, Graecis vsitata, in primis in satyrico dramate, sed et olim in omni tragico, vid. sup. II, 8 med. Et tamen non ita confundebantur Satyri et tityri, etiam in Bacchico comitatu et cultu, vt non aliquando etiam distinguerentur, vt ap. Strab. X, p. 468. et 470.

τερετισμάτων] Denotantur ea voce, qualiacumque tandem *cantica*. Etymol. M. τερετίζειν exponit *canere*, et vix dubitat Periz., vocem formatam esse a stridulo cicadarum strepitu, vt multa apud Graecos et Latinos inuenta sunt verba ex sonitu, quem edunt animalcula. Sic τιτίζειν de pullis, de aliis alia.

Σάτυροι δὲ ἀπὸ τοῦ σεσ.] Σεσῃρέναι significat *labia habere diducta*, vt fit ab hominibus in risu et a canibus in ira, de quibus proinde saepius id adhibetur. Aliena, et, vt putat Casaub., ridicula, est haec etymologia huius nominis; nec magis

Digitized by Google

τοῦ σεσηρέναι. Σιληνοὶ δὲ ἀπὸ τοῦ σιλλαίνειν. τὸν δὲ σιλλὸν

magis aliqua analogia in grammatica formatione reperitur. Omnino adeo sunt varia et incerta, quae de Satyris traduntur, vt minime sit mirum, si varia quoque eius vocabuli a doctis proferantur etyma. Verisimillimum Perizonio est, quod tradiderunt alii veterum, deriuatum id esse a voce σαθη, vt ab ἅλμη ἅλμυρος. Σαθη notat *membrum virile*. Satyri autem dicuntur fuisse maxime libidinosi. Idem credit, nomen hoc primitus datum siluestribus feris ex simiorum genere, qui sunt, vt ait Plin. VIII, 54. *homini figurae proximi et mira solertia*, imo et in venerem pronissimi, vid. Theocr. Id. 4. et Schol. Propter eorum similitudinem cum homine eximiam, (qua insigniuntur potissimum ii, quibus nomen *Orang Utang* hodie tribuitur) a geographis inter populos Africae referuntur Satyri, Mela I, 8. III, 9. Plin. V, 1. et 8. Fuerunt certe comitibus Bacchi, vt pingi hi solebant, similes, v. Ael. hist. anim. XVI, 21. Diserte autem Satyros inter animalia s. simias refert Plin. VIII, 54. At credula antiquitas rusticorum hominum isthaec animalia habuit pro Semideis, vel diis silvestribus, eosque, diuersis in locis, diuersis insigniuit adpellationibus, in Arcadia *Panum*, in Thessalia et Thracia *Satyrorum*, in Italia *Faunorum*, qui tamen omnes, quamquam diuersi, in vnum tandem referebantur censum semideorum, Ouid. Met. I, 192. atque ita et *Satyri*, iam antequam in ministerium Bacchi adscisceren-tur, cui (fortasse per allegoriam, quia veteres aquam vino admiscere, nec, nisi erant plane ebriosi, hoc merum bibere solebant,) solae tunc tribuebantur nymphae (Naiades, Bassaridae cet., v. Horat. Od. III, 25. v. 14.) cum Sileno, vt erudite docuit Casaub. de satyrica poesi I, 2. Sed postea visum est hominibus hos Satyros, quod erant proterui, petulantes, nullius dei in familiam rectius adscribi posse, quam Bacchi, cuius comites erant semper ebrii, ideoque et ridiculi, lasciui et libidinosi. Ceterum, eo iam facto, plura iis dein poetae attribuerunt, quam natura tribuerat siluestribus illis Satyris ac similis, plane vt Sileno.

Σιληνοι cet.] De Sileno vid. sup. c. 18. Eum nonnulli male confuderunt cum Satyris. Nec magis haec Aeliani etymologia congruit, ἀπό τε σιλλαίνειν, quod magis conuenit Satyris, vt φιλοκερτομοις, procacibus, et promtis in ψογον και παιδιαν δυσαρεστον, quam Sileno, seni ebrioso quidem et hilari, sed tamen doctori pulcerrimarum artium et qui multum confert Baccho ad virtutem et gloriam, sec. Diod. Sic. Perizonius igitur putauit, eiusdem esse hanc vocem originis, cuius est *silus*, quod denotat eum, qui superiore quidem parte

Digitized by Google

σιλὸν ψόγον λέγεσι μετὰ παιδιᾶς δυσερέσεως. ἐθὴς δ' ἦν τοῖς Σιληνοῖς, ἀμφίμαλλοι χιτῶνες. εἰνίστεται δὲ ἡ σολὴ τὴν ἐκ τῆ Διονύσε φυτείαν, καὶ τὰ τῶν οἰνάδων, καὶ τὰ τῶν κλημάτων δάση.

ΚΕΦ. ΜΑ'.

Πολλαὶ τῆ Διονύσε μετωνυμίαι.

Ὅτι τὸ πολυπαρπεῖν οἱ ἀρχαῖοι ἐνόμαζον φλύειν· ὅθεν τὰν Διόνυσον Φλεῶνα ἐκάλεν, καὶ Προτρύγιν, καὶ Σταφυλίτην, καὶ Ὀμφακίτην, καὶ ἑτέρως πως διαφόρως.

ΚΕΦ.

parte habet depreſſas nares, ſed in inferiore repandas et ſurſum deductas, quales tribuuntur Sileno; *ſimus* autem eum, qui habet nares plane depreſſas. *Silus* nimirum derivatur a σαω, *moueo*, quia, qui tales habent nares, eas facilius et frequentius mouent, maxime in riſu. Nec non analogia derivationi eſt opportuna, vt enim a δαω, δαιδω, δειλος, δηλος, *timidus*, a δεω, δηω, *inuenio*, δηλος, *manifeſtus*, ſic etiam a σαω, *moueo*, σαιλος, σηλος, *ſilus*, et σελληνος, quia habebat *ſilas* nares, vel quia multum ſe mouebat, ſiue tamquam perpetuus comes Bacchi, ſiue etiam, ſi vis, ἐν τῳ ληνῳ. Vnde certe Bacchus cognominabatur Ληναιος.

ἀμφίμαλλοι cet.] Aptae erant tales tunicae ſeni. Dicebantur etiam χορταῖοι. Heſych. χορταῖος, δάσυς χιτων. Diſertiſſime Dionyſ. Halicarn. VII, p. 417. *ornatus ipſis erat, illis Aeliae quidem, qui Silenis adſimilatae fuerant, villoſae tunicae, quas nonnulli χόρτους vocant, et pallia ex omni fere confecta.* Suid.

τα των οινάδων] Locum haud dubie vitioſum eſſe, quem nec Iſ. Voſſii emendatio, οἰναρων legentis, totum ſanaturi, ſenſet cl. Kuhn. Quod equidem non video.

Φλυειν] Sic et Mſſ. Aliis vero, vt Perizonio, legendum Φλεαν videtur; potiſſimum propter analogiam cognominis Dionyſi Φλεωνα. Leguntur tamen et φλεω, et φλαω et φλαιω, ſed et φλυω, ſecundum Suidam et Heſych.

Προτρυγιν] Eſt etiam cognomen Bacchi, ortum a τρυξ, *muſtum*, vnde τρυγη, *vindemia*. Dicebatur etiam Διονυσος προτρυγαιος. Ceterum pro προτρύγης Perizonio et Cupero p. 312. προτρυγὴς recte legendum videtur, ſicut dicitur ἀτρυγής.

Σταφυλιτην και Ομφακ.] Etiam

Digitized by Google

ΚΕΦ. ΜΒ'.

Περί τινων μαινομένων γυναικῶν.

Ἐλέγη καὶ Κελαινὴ Προίτου θυγατέρες μάχλους δὲ αὐτὰς ἡ τῆς Κύπρου βασιλὶς εἰργάσατο. ἐπὶ μέρους δὲ τῆς Πελοποννήσου καὶ ἔδραμόν φασι γυμναὶ μαινόμεναι. ἐξεφοίτησαν δὲ καὶ εἰς ἄλλας χώρας τῆς Ἑλλάδος, παράφοροι οὖσαι ὑπὸ τῆς νόσου. ἀκούω δὲ ὅτι καὶ ταῖς Λακεδαιμονίων γυναιξὶν ἔπεσέ τις οἶστρος βακχικὸς, καὶ ταῖς τῶν Χίων. καὶ αἱ τῶν Βοιωτῶν δὲ ὡς ἐνθεώτατοι ἐμάνησαν, καὶ ἡ τραγῳδία βωᾷ. μόνας δὲ ἀφηνιάσαι τῆς χορείας ταύτης λέγουσι τοῦ Διονύσου τὰς Μινυῶν θυγατέρας, Λευκίππην, καὶ Ἀριστίππην, καὶ Ἀλκι-

Etiam cognomina eiusdem Dionysi, illud a *σταφυλη*, *vua passa*, hoc ab *ομφαξ*, *vua acerba*, *immatura*, ortum.

Ελεγη και Κελ.] Aliter eas adpellat non modo Apollodorus, sed et Seruius ad Virg. ecl. 6, ille nempe *Lysippen*, *Iphionen*, *Iphianassan*. Nec mira est haec nominum discrepantia, quum et in mulieribus sit ac tempore, quo res gesta. Alii enim dicunt ipsas Proeti filias in furorem effusas, et sanatas helleboro a Melampode, pastore; alii, Argiuas mulieres generatim eo furore percitas tempore Anaxagorae, Proeti nepotis vel pronepotis, et ab illo Melampode curatas esse. Posteriori sententiae adsentit Perizonius et propter aetatem Melampodis, et propter auctoritatem scriptorum, Diod. IV, p. 271. Paus. Corinth. p. 60. Eustath. ad Il. β. p. 218. Putatque errorem ex eo natum, quod mulieres sub imperio Proeti eiusque posteriorum dictae Proetides, Proetique filiae duces istius furoris fuerint.

ἡ της Κυπρου βασ.] i. e. Venus.

επεσε] Lugd. επεπεσε, sic fere VI, 7. Iensius non male coniecerat ενεπεσε, quia sic Nost. I, 24 med. Sanauit autem Lacaenas Bacis Arcadicus oraculo Apollinis, vid. et infr. XII, 50 med.

ἡ τραγῳδια βωᾷ] Tragoediae complures compositae sunt de facinore Baccharum Boeotiarum s. Thebanarum, quarum praecipua Agaue, adiuta a reliquis, filium Penthea, quum hic in montem venisset Baccharum exploraturus Orgia, membratim discerpsit. Vid. Eurip. tragoed. *Bacchae*.

τας Μινυων] Nic. Heins. ad Ouid. Met. IV, 1., probante Cupe-

Digitized by Google

Ἀλκιθόην. αἴτιον δὲ, ὅτι ἐπόθουν τοὺς γαμέτας, καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἐγένοντο τῷ θεῷ μαινάδες. ὁ δὲ ὀργίζεται, καὶ αἱ μὲν περὶ τοὺς ἱστοὺς εἶχον, καὶ ἐπονοῦντο περὶ τὴν Ἐργάνην εὖ μάλα φιλοτίμως. ἄφνω δὲ κιττοί τε καὶ ἄμπελοι τοὺς ἱστοὺς περιεῖρπον, καὶ τοῖς ταλάροις ἐνεφάλευον δράκοντες. ἐκ δὲ τῶν ὀρόφων ἔσταζον οἴνου καὶ γάλακτος σταγόνες. τὰς δὲ οὐδὲ ταῦτα ἀνέπειθεν ἐλθεῖν εἰς τὴν λατρείαν τοῦ δαίμονος. ἐνταῦθά τοι καὶ πάθος εἰργάσαντο ἔξω Κιθαιρῶνος, οὐ μεῖον τοῦ ἐν Κιθαιρῶνι. τὸν γὰρ τῆς Λευκίππης παῖδα ἔτι ἁπαλὸν ὄντα, καὶ νεαρὸν, διεσπάσαντο, οἷα νεβρὸν, τῆς μανίας ἀρ-

Cupero et Scheff., legit Μινυα. Si retinenda est vulgata, vt vult Io. Kuhn. et Msti, explicanda esset omnino, vel de tota ciuitate Orchomenia, cuius populus dicebatur Μινυαι, a Minya, Chrysis filio, Orchomeni patre; vel de illustri familia Minyarum in vrbe Orchomeno. At si altera lectio probatur, intelligi posset non tam de veris Proeti filiabus, quam de eius posteris, s. neptibus, vt supra de Proetidis dictum est. Ipsos Argonautas, Apollonius ait, adpellatos esse Minyas, quia eorum praestantissimi et plurimi gloriabantur, se esse αφ' αἵματος *filiarum Minyae*, quum tamen ipse Iason, dux eorum, non filiam, sed neptem Minyae habuerit matrem. Minyadum nomina vid. Ouid. Met. IV, 168.

επόθουν cet.] *quod amarent maritos*, atque ideo non paterentur per haec sacra, se ab illis auelli, vt faciebant reliquae mulieres, quae bacchantes a viris suis aufugiebant in montes et saltus, vnde per artes, veluti per citharam Orphei, a viris subornati, reductas aliquando legimus, vid. inf. IX, 38 med. et XIII, 1.

τῳ θεῳ] i. e. Διονυσῳ.

ενεφωλευον] Recte h. l. de dracone adhibetur. Grammatici enim vocabulo φωλευς, quod de cubilibus adhibetur, in quae se convolutis spiris abscondunt serpentes.

τας δε ουδε τ.] Maluerit Periz. ὡς addere, nempe τας δε ὡς ουδε, quo concinnior nexus fiat. Non male, sed nondum necesse, opinor.

εξω του Κιθαιρωνος] Plane εμφατικως dicitur hoc sensu, licet non essent in Cithaerone, celebri illa Maenadum sede, illo facinorum Bacchicorum teste. Facinus autem praecipuum in Cithaerone perpetratum, quod auctor designat, est caedes Penthei istic facta a matre Agaue et materteris. Vid. Paus. Cor. p. 46. Ouid. Met. III. ext. Eurip. Bacch. Ceterum Cithaeron mons est Boeo-

ξάμεναι αἱ Μαινάδες, ἔστι ἐντεῦθεν ἐπὶ τὰς ἐξ ἀρχῆς ἦξαν Μαινάδας. αἱ δὲ ἐδίωκον αὐτὰς δυὰ τὸ ἄγος. ἐκ δὴ τούτων ἐγένοντο ὄρνιθες, καὶ ἡ μὲν ἤμυνε τὸ εἶδος εἰς κορώνην, ἡ δὲ εἰς τυτθερίδα, ἡ δὲ εἰς γλαῦκα.

ΚΕΦ. ΜΓ'.

Περὶ κιθαρῳδοῦ ὑπὸ τῶν Συβαριτῶν φονευθέντος.

Ἐν Συβάρει κιθαρῳδὸς ᾄδοντος ἐν τῇ ἀγωνίᾳ, ἣν ἐπετέλουν τῇ Ἥρᾳ, σασμασάντων ὑπὲρ αὐτοῦ τῶν Συβαριτῶν, καὶ τὰ ὅπλα λαβόντων ἐπ' ἀλλήλους, φοβηθεὶς ὁ κιθαρῳδὸς σὺν αὐτῇ στολῇ κατέφυγεν εἰς τὸν τῆς Ἥρας βωμόν. οἱ δὲ ἐδὲ ἐνταῦθα ἐφείσαντο τοῦ κιθαρῳδοῦ. ὀλίγῳ δὲ ὕστερον ἐδόκει αἷμα ἐν τῷ τῆς Ἥρας ναῷ

Boeotiae cum Helicone coniunctus finiumque Atticae partem percurrens, Dionyso sacer bacchantibusque mulieribus, discerptis Pentheo Actaeoneque, filiis Niobes sagittis ab Apolline perforatis, Oedipoque exposito oet. nobilitatus.

ἐπὶ τὰς ἐξ ἀρχῆς ἦξαν Μαιν.] *ad eas, quae iam ab initio* istius festi *fuerant Maenades* s. furentes Bacchae, oppositae *insipientibus* tunc demum illum furorem tribus Minyadis, ἦξαν i. e. *ruerunt* cum impetu quodam animi, a verbo αἴσσω. Alii ἦξαν. Prius tamen aptius ac vehementius.

Στασιασάντων — Συβ.] De Sybaritis vid. sup. I, 19 in. et not. Haud dubie hic citharoedus fuit in partibus, s. inter sodales vel adiutores Telyos, qui, sublata eius tyrannide, ceciſi sunt omnes, etiam ipſis in aris, ad quas confugerant; vnde simul et statua Iunonis se auertisse et ex templi solo emersisse fons, et ipsi Sybaritae mox bello a Crotoniatis victi periisse traduntur, vid. Athen. XII. c. 4. Alii Telyn (apud Herodot. βασιλεῦσι et τυράννοις) omnia istic potuisse aiunt, quingentos ciuium primores in exilium expulisse, atque pestulasse, vt ii, quum confugissent Crotonem, sibi dederentur; quod quum non esset factum, bellum ipsum Crotoniatis fecisse, quo Sybaris deleta sit, v. Herodo V, 44. Diod. XII, p. 9. it. Heyn. V. col. Opusc. II, p. 134. vbi potissimum inquiritur, vnde opes Sybaritarum?

στολῇ] Vid. sup. I, 22.

αἷμα] De hoc predigio vid. Athen. d. l.

Digitized by Google

νεῶν ἀναβρύειν, ἐδὲν ἔλαττον πηγῆς ἀενάου. Συβαρίται δὲ ἔπεμψαν εἰς Δελφούς. ἡ δὲ Πυθία ἀπεκρίνατο·

Βαῖν' ἀπ' ἐμῶν τριπόδων, ἔτι τοι φόνος ἀμφὶ χέρεσσι,
Πέλλυς ἀποσάζων ἀπὸ λαΐνα ἐδὲ ἐρύκει.
Οὔ σε θεμιςεύσω, Μισῶν θεράποντα κατέκλας,
Ἥρης πρὸς βωμοῖσι, θεῶν τίσιν ἐκ ἀλεείνας.
Τοῖς δὲ κακῶς ἐέζασι δίκης τέλος ἐχὶ χρονιεῖ,
Οὐδ' ἀπαρεύτητον, ἐδ' εἰ Διὸς ἔγγονοι ἔεν·
Ἀλλ' αὐτῶν κεφαλῇσι, καὶ ἐν σφετέροισι τέκεσσιν
Εἰλέσθαι, καὶ πῆμα δόμοις ἐπὶ πήματι βαίνει.

ἡ δὲ δίκη ἐκ ἐβραδύνε. Κροτωνιάταις γὰρ ἐναντίον ὅπλα θέμενοι, ἀνάστατοι ὑπ' ἐκείνων ἐγένοντο, καὶ ἡ πόλις αὐτῶν ἠφανίδη.

χέρεσσι] pro χερσι. Poetae e Nominatiuo Plur. 3. Declin. Datiuum formare solent, addita syllaba σι; v. c. τινεσσι pro τισι. Datiuus 1 et 2 Declin. addita litera ι formatur, v. c. λογοισι pro λογοις; τοισι pro τοις; τωσιν et τῳσιν, ας mutato in η cum ι subscripto pro ταις; κεφαλῇσι pro κεφαλαις.

πέλλυς] pro πόλυς.

κατέκλας] Aor. 2. pro κατέκλης, a verbo κατακλημι, interficio.

δίκης τέλος] Eleganter ipsam poenam notat, eiusue euentum integrum. Nam quidquid absolutum est et perfectum, dicitur τέλος ἐχειν; hinc passim τέλος cuiuscumque rei pro ipsa illa re ponitur; v. c. Hom. Il. π, 630.

ἐδ' ἀπαρεύτητον] Fab. et Scheff. ἐδὲ παρευτητον. Nihil vero mutandum putat Kuhn. et ἐδὲ ἀπαρ. stilo attico esse idem, ait, quod ἐδὲ παρευτ., scilicet quia Attici saepe negatiuas Particulas inculcent orationi κατ' ἐμφασιν. Posterius, quod scil. de geminandis negationum Particulis dictum est, negauit nullo modo Periz., sed de priori magnopere et recte dubitat, quia nullum vsquam eius rei exemplum occurrerit. Quare cum eo et Scheff. Fabri coniectura minime reicienda videtur.

ἀλλ' αὐτων κεφαλ.] cf. XIII, 2 fin.

ἔλαττον] Significat magnitudinem ac vim poenae s. vindictae, ficut et sequens πημα επι πηματι cet. multitudinem eius intermissione carentem.

Κροτων.] Reisk. ad Plut. de s. num. Vind. p. 52. notat, Syharitarum vrbem bis a Crotoniatis esse euersam, scil. Ol. LXVIII, 1. et Ol LXXXIII, 1.

εναντιον ὁπλα] Bene Periz. praefert hoc, vt Graecis vsitatius et a Mstis probatum, vulgatae εναντια.

Digitized by Google

ΚΕΦ. ΜΔ'.

Περί τινος δυναμένȣ βοηθεῖν τοῖς ἑτέροις, καὶ μὴ βοηθȣ̃ντος· καὶ ἑτέρȣ βοηθȣ̃ντος μὲν, ἀποτυχόντος δέ.

Νεανίσκοι τρεῖς εἰς Δελφȣ̀ς ἀφικόμενοι θεωροὶ συμπολίται κακȣ́ργοις συμπεριτυγχάνȣσιν. ὁ ȣ̃ν εἷς ἀπέδρα τȣ̀ς λῃστὰς, ὁ δὲ ἕτερος αὐτῶν συνεπλάκη τῷ λοιπῷ τῶν κακȣ́ργων, τῶν ἄλλων προαναλωθέντων. καὶ τȣ̃ μὲν λῃστȣ̃ ἥμαρτεν, ὥσε δὲ τὸ ξίφος κατὰ τȣ̃ φίλȣ. τῷ ἀποδράντι ȣ̃ν ἡ Πυθία ἀνεῖλε τάδε·

Ἀνδρὶ φίλῳ θνήσκοντι παρὼν πέλας ȣ̀κ ἐβοήθεις·
Οὔ σε θεμιστεύσω· περικαλλέος ἔξιθι νηȣ̃.

καὶ τῷ ἑτέρῳ δὲ ἀνεῖλε τάδε, ἐρομένῳ τὴν Πυθίαν·

Ἔκτεινας τὸν ἑταῖρον ἀμύνων, ȣ̃ σ' ἐμίανεν
Αἷμα, πέλεις δὲ χέρας καθαρώτερος, ἢ πάρος ἦσθα.

ΚΕΦ. ΜΕ'.

Χρησμὸς Φιλίππῳ δοθείς.

Φιλίππῳ, φασὶ, χρηστήριον ἐκπεσεῖν ἐν Βοιωτοῖς ἐν Τροφωνίȣ, φυλάττεσθαι δεῖν τὸ ἅρμα. ἐκεῖνον ȣ̃ν δέει τȣ̃

Ο δε ἑτερος] Lugd. aeque ac b. c. Paris. ὁ δευτερος, quod merito probant Scheff. et Periz. Hic enim de tribus agitur; ἑτερος autem, vt lat. *alter*, de duobus; αλλος, vt lat. *alius*, de pluribus dicitur. Ceterum mentionem huius historiae etiam Epictet. ench. c. 32 fin. fecit; Noster autem a Simplicio, qui pro τρεις habet δυο, differt.

χερας καθαρ.] χερ. poet. pro χειρας, sc. κατα.

Χρηστηριον εκπεσειν] Notanda locutio, qua declaratur frequens fuisse oraculis, vt *sortibus* darentur, vrna aut alia quocumque vase *emissis*. Hinc *sortes* pro oraculorum responsis, etiam quae sortibus non dabantur. Sic de Delphico oraculo Val. Max. I, 8. extr. et Liu. I, 56. XXXVIII, 13. Vbi autem sortibus reuera dabatur responsum, istic dicebantur proprie sortes *excidere*, vt Liu.

Digitized by Google

τοῦ χρησμοῦ, λόγος ἔχει, μηδέποτε ἀναβῆναι ἅρμα. διπλοῦς οὖν ἐπὶ τούτοις ὑπορρεῖ λόγος. οἱ μὲν γάρ φασι, τὸ τοῦ Παυσανίου ξίφος, ᾧ τὸν Φίλιππον διεχρήσατο, ἅρμα ἔχειν ἐπὶ τῆς λαβῆς διαγεγλυμμένον ἐλεφάντινον· ὁ δὲ ἕτερος, τὴν Θηβαϊκὴν, τὴν καλουμένην Ἅρμα, περιελθόντα λίμνην, ἀποσφαγῆναι. ὁ μὲν πρῶτος λόγος, δημώδης· ὁ δὲ, οὐκ εἰς πάντας ἐξεφοίτησε.

ΚΕΦ. ΜΣΤ'.

Νόμος Σταγειριτῶν.

Σταγειριτῶν νόμος οὗτος καὶ πάντη Ἑλληνικός· ὃ μὴ κατέθου, φησὶ, μὴ λάμβανε.

Liu. XXII, 1. Similiter itaque et hic, quia multa olim oracula fortibus respondebant, *εκπεσειν* dicitur *χρηστηριον, excidisse orac.*, licet in Trophonii tamen oraculo nihil eiusmodi fieret. Vid. Pauſ. Boeot. qui accuratiſſime illud deſcripſit. Add. Max. Tyr. diſſ. 26. Liv. XLV, 27. et *Barthelemy Reiſe d. iung. An.* III, p. 231. et 424. Deſcendebant videlicet conſultatores in ſpecum, vnde quid vidiſſent vel audiſſent, referebant ad ſacerdotes, qui illud deinde interpretabantur ſuo modo et more. Erat autem hoc oraculum et templum Trophonii prope Lebadiam, Boeotiae vrbem. Trophonius fingitur fuiſſe filius Apollinis, ſed erat Ergini. Peritus autem aedificandi, templum Delphicum exſtruxit. Sed et callidus fur fuit, qui fratrem laqueis implicitum, ne deprehenderetur, occidit. Et tamen poſtea pro deo vel heroe eſt cultus, imo et ludi in eius honorem Lebadiae fuerunt celebrati, Τροφωνεια. Quin tandem ille etiam *Iupiter Trophonius* vocabatur. Eo ſc. more, quo nouis aut peregrinis diis, *Iouis* nomen dabatur pro praenomine apud Graecos; *Iani* nomen apud Latinos. Ita *Iupiter Ammon*, *Iupiter Agamemnon*, apud Latinos *Ianus Quirinus*, *Ianus Curiatius*.

ὑπορρει] Quod hic *ὑπορρειν*, infra XII, 60. eodem ſignificatu *επιρρειν* dicitur. Quare Hemſterh. ad Luc. dial. ſel. p. 12. monet, vtrumque non raro idem ſignificare.

ὁ δε, ουκ εις παντ.] Vere hoc alterum non eſt peruulgatum; nam, vt ipſe confirmauit, Philippus vitauit ſemper locum, qui in Boeotia vocatur *quadriga*.

Σταγειριτων] *Stagira*, Ariſtotelis patria, vrbs fuit Macedoniae.

Digitized by Google

ΚΕΦ. ΜΖ'.

Περὶ Τιμοθέου, καὶ ἄλλων ὧν ἐδὲν ὠφελησάντων ὑπ' ἰδίας ἀνδραγαθίας.

Τιμόθεον τὰ μὲν πρῶτα ἐπῄνεσαν Ἀθηναῖοι. ἐπεὶ δὲ ἔδοξεν ἁμαρτεῖν ἃ ἔδοξεν, ἡ φθάνουσα αὐτὸν ἀνδραγαθία ἀλλ' οὐδὲ ὀλίγον ἔσωσεν, οὐδὲ μὴν αἱ τῶν προγόνων ἀρεταί. Θεμιστοκλῆς δὲ οὐδὲν ὤνητο, ὅτε ἐκ τῆς ναυμαχίας, τῆς περὶ Σαλαμῖνα, ὅτε ἐκ τῆς πρεσβείας τῆς εἰς Σπάρτην· λέγω δὲ ἣν ἐπρέσβευσε κλέπτων τὴν τῶν Ἀθηναίων τείχισιν. ἔφυγε γὰρ κἀκεῖνος ὃ τὰς Ἀθήνας μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν Ἑλλάδα πᾶσαν. καὶ Παυσανίαν δὲ τὸν Λακεδαιμόνιον οὐδὲν ὄνησεν ἡ ἐν Πλαταιαῖς νίκη. ὑπὲρ δὲ ὧν ἐν Βυζαντίῳ ἐκαινούργει, καὶ

ἐπῄνεσ.] Vid. sup. II, 10 in. et III, 16.

ἐδόξεν ἁμαρτεῖν, ἃ ἔδοξεν] Auctor ista locutione videtur quasi in medio relinquere et in incerto, quid ille deliquerit. Sed Nep. in Timoth. nos docet, accusatum a Charete, quasi eum in pugna, imprudenter ab ipso commissa, deseruisset. Hoc crimine in iudicium vocatus ab Aristophonte quodam et damnatus in exilium abiit inque eo est mortuus.

αἱ δὲ προγόνων] Respicit Cononem, patrem Timothei, qui in bello Pelop. celeberrimus factus est.

Θεμιστοκλῆς] De eo vid. II, 12 in. Exstructionem murorum Athenienſium, in bello Perſico dirutorum, quum Lacedaemonii retinere vellent, Themiſtocles, legatus Athenienſium, Lacedaemonios tam diu incertos fecit atque ſpem petitionis, ex voto exiturae iis praebuit, donec vrbs ac muri clam reſtituti eſſent, atque adeo Lacedaemonii ab eo *elusi* ſunt. Sic κλέπτειν ἀρχήν apud Dionyſ. Hal. IV, dicitur Seru. Tullius, h. e. *uſurpare imperium* artibus quibusdam *irrependo* praeter legitimam populi deſignationem, et lib. IX. de Veientibus κλέπτειν τὰς ἐξόδους, *exire, ita, vt Fabii id non animaduertant.* Sic Xen. M. S. III, 1, 6. κλέπτης de imperatore, et κλέπτειν de eodem Xen. Ageſ. 6, 6. et inf. ad XII, 64 med.

Παυσανίαν] Vid. II, 21. et de victoria Plataeenſi II, 24 med.

ἐκαινούργει] Pauſanias iſte, rex Spartanorum, quum Byzantii arroganter et violenter multa egiſſet in ſocios, reuocatus eſt ab ephoris et iniuriarum damnatus. Deinde vero profe-

καὶ ἐνόσει Περσικὰ, ὑπὲρ τούτων διέφθειρε καὶ τὴν χάριν τὴν ἐπὶ τοῖς πρώτοις. Φωκίωνα δὲ ἡ εὐφημία ἡ καλῶσα αὐτὸν Χρηστὸν, ἀδὴν ὠφέλησεν, ἀδὲ τὰ πέντε καὶ ἑβδομήκοντα ἔτη, ἅπερ ἓν διεβίωσεν· ἀδὲν ἀδικήσας τὸς Ἀθηναίους ἐν βραχεῖ. ἐπεὶ δὲ ἔδοξεν Ἀντιπάτρῳ τὸν Περσικὸν προδιδόναι, Ἀθηναῖοι κατέγνωσαν αὐτῦ θάνατον.

profectus est clam et sua sponte in Asiam, nouasque res patriae suae molitus est, conspirans cum rege Persarum, Nost. *νόσον Περσικὰ*, Thucyd. id *μηδισμὸν* vocat. Voluit enim in patria sua ephororum potestatem tollere et sibi monarchiam adferere, vid. Aristot. pol. VI, 7. VII, 14. Sic *νόσον* de seditione, qua conflictabantur Chii, *νοσήσαντες νόσον ταυτην βαρυτάτην*, inf. XIIII, 25.

Φωκίωνα] Vid. I, 25 in. ac praesertim Heyn. V. cel. in opusc. acad. III, p. 344. ff. qui non disceptat, vtrum et quatenus Phocion merito interfectus sit, an plane immerito. Omnino tamen maximam mortis causam temporibus attribuit illis infestis.

τὰ πέντε καὶ ἑβδομ.] Parum accurate, vt recte monet cel. Heyn. l. c. quum enim Ol. CXIV, 3. anno pugnae ad Cranonem, Plut. p. 752. alibique Phocion iam esset octogenarius, natus esse debuit Ol. XCIV, 3. Excessit autem, vt ille monet, anno aet. LXXXIV, Ol. CXV, 3. a. Chr. 318.

Ἀντιπάτρῳ] Vel potius Cassandro, eius filio, aut Nicanori, huius praefecto. Antipater enim tunc paullo ante erat mortuus, vid. Nep. et Plut. *Phoc.* De Antipatro vid. sup. III, 36 med. not. Ceterum pro *προδιδόναι* Mf. Sluisk. et Med. 3. habent *παραδόναι*.

Digitized by Google

ΑΙΛΙΑΝΟΥ ΠΟΙΚΙΛΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΒΙΒΛΙΟΝ ΤΕΤΑΡΤΟΝ.

ΚΕΦ. Α'.

Ἐθνῶν ἔθη διάφορα.

Λέγει τις νόμος Λευκανῶν· ἐὰν ἡλίῳ δύνοντος ἀφίκηταί ξένος, καὶ παρελθεῖν ἐθελήσῃ εἰς στέγην τινός, εἶτα μὴ δέξηταί τὸν ἄνδρα, ζημιοῦσθαι αὐτὸν καὶ ὑπέχειν δίκας τῆς κακοξενίας, ἐμοὶ δοκεῖ, καὶ τῷ ἀφικομένῳ, καὶ τῷ Ξενίῳ Διΐ.

Ὅτι Δαρδανεῖς, τὲς ἀπὸ τῆς Ἰλλυρίδος, ἀκέως τρὶς

Εαν ἡλιος δυν.] Legis iſtius et hoſpitalitatis antiquae apud plerasque gentes ratio declaratur his verbis, *ſole occidente*. Humanitatis enim illius cauſa fuit vnica, quod nullae tunc eſſent tabernae vel cauponae, in quam deuerterent peregrinantes. Quae fiebat, vt, niſi reciperentur a quopiam, pernoctare deberent in plateis ſub dio, vel in tentorlis quibusdam, quae ſibi ipſi in publicis viis feciſſent. Ex hac ergo neceſſitate peregrinantium, ſ. inopia deuerſoriorum orta eſt illa humanitas et φιλοξενια, quam Chriſtus inter praecipua humanitatis debitae officia commemorat, v. c. Matth. 25, 35. v. et Ebr. 13. Hinc et apud alias gentes Iupiter, ζευς ξενιος praeerat. Quia vero interueniebant aliquando fraudes ab iis, qui in tecta aliorum recipiebantur, hinc tandem ortae ſunt illae tabernae deuerſoriae ſ. cauponae, etiam iam olim apud Romanos et Graecos, quae tamen erant et habebantur ſordidae, v. c. Liv. XLV, 22. et inf. XIV, 14.

στα μη δεξηται cet.] ſc. hic τις, qui eſt tecti dominus.

Δαρδανεις] Erant populus Thracicus, propter Illyriam habitans.

τες απο της Ιλ.] Sic ſup. II, 33 med.

Digitized by Google

τρὶς λέεθαι μόνον παρεὰ πάντας τὸν ἑαυτῶν βίον, ἐξ ὠδίνων, καὶ γαμέοντας, καὶ ἀποθνήσκοντας.

Ἰνδοὶ ἔτε δανείζεσιν, ἔτε ἴσασι δανείζεθαι. ἀλλ' ἐδὲ θέμις, ἄνδρα Ἰνδὸν ἔτε ἀδικῆσαι, ἔτε ἀδικηθῆναι. διὸ ἐδὲ ποιέονται συγγραφήν, ἢ παρακαταθήκην.

Νόμος ἐστὶ Σαρδόοις· τὸς ἤδη γεγηρακότας τῶν πατέρων οἱ παῖδες ῥοπάλοις τύπτοντες ἀνῆρεν, καὶ ἔθαπτον, αἰσχρὸν ἡγέμενοι, τὸν λίαν ὑπέργηρων ὄντα ζῆν ἔτι, ὡς πολλὰ ἁμαρτάνοντος τῷ σώματος τῷ διὰ τὸ γῆρας πεπονηκότος. τῶν δὲ αὐτῶν ἐστι νόμος τοιῶτος. ἀργίας ἦταν δίκας, καὶ τὸν εἰκῇ ζῶντα ἔδεα κρίνεθαι.

33 med. Χερρονησιοι οἱ απο Κνιδ. Τπο autem, quod in vulgatis editt. subest, in tali descriptione iungitur Datiuo vel Accusatiuo. Etiam Sluisk. habet απο.

ατε δανειζεσιν] Δανειον pr. notat, quod mutuum datur sine vsura aut foenore. Atque inde foenori opponitur s. τοκῳ, inprimis ap. sacros script. Sed et, quando foenoris addebatur conditio, dicebatur δανειον επι τοκῳ, vel επι τοκῳ. At quia tandem foenus apud Graecos inualuit, nec facile amplius pecunia dabatur mutua sine vsurae conditione, hinc factum, vt δανειον et δανειζειν significet etiam et directe quidem, *pecuniam dare foenori*. Vnde et in latiuis comoediis *daniſtae* sunt foeneratores.

παρακαταθηκη] Videtur hic esse non *depositum*, vt vulgo vertitur, sed *pignus*, quod item apud creditorem deponitur, et aeque ac syngrapha ad obligandam fidem accipientis mutuam pecuniam pertinet.

ὡς πολλὰ ἁμαρτανοντος cet.] *quum crederent, eos peccare corpore suo.* Ceterum Tschippiwaei, populus Americae septemtrionalis, lacum superiorem habitans, idem solere narratur in *Voyages and travels — by I. Long.* Inter enim epulas fere maximus natu filius patrem decrepitum caedis beneficio adficit, vt dein in terra alia rediuiuum.

αργιας] Vtilissima haec lex etiam apud Lucanos viguit, Stob. XLII. et Aegyptios II, 177. Athenienses Val. Max. II, 6 extr. et Lacedaemonios, vid. sup. II, 5. Videntur constituenda ea lege, id spectauisse veteres non tantum, vt ciues suos ad laborem et artem publico vtilem excitarent, sed et, vt eos ad opus faciendum adigendo a seditionibus auerterent. Plane vti milites suos Romani ea etiam de causa variis operibus occupabant, v. Tacit. Ann. I, 35. et infr. IX, 25.

τον εικῃ ζωντα] *qui ita viuit, vt nihil agat, vnde viuat*, vid. infra

Digitized by Google

νιθαι, καὶ διδόναι τὰς σύνδυνας, ἀποδεικνύντα, ὅθεν ζῇ.

Ἀσσύριοι τὰς ἀρχαίας γάμε παρθένες ἀθροίσαντες εἰς τινα πόλιν, ἀγοραὶν αὐτῶν προκηρύττεσι. καὶ ἕκαστος, ἣν ἂν πρίηται, ἀπάγει νύμφην.

Βύβλιος ἀνὴρ ἐν ὁδῷ περιτυχὼν ἐδέν ὧν μὴ κατέθετο ἀναιρεῖται· ὁ γὰρ ἡγεῖται τὸ τοιοῦτον εὕρημα, ἀλλὰ ἀδίκημα.

Δερβίκαι τὰς ὑπὲρ ἑβδομήκοντα ἔτη βεβιακότας ἀποκτείνυσι, τὰς μὲν ἄνδρας καταθύοντες, ἀπάγχοντες δὲ τὰς γυναῖκας.

Κόλχοι δὲ τὰς νεκρὰς ἐν βύρσαις θάπτουσι, καὶ καταῤῥάψαντες, ἐκ τῶν δένδρων ἐξαρτῶσι.

Λυδοῖς.

infra c. 12 med., vbi notat *nullo dato pretio.*

ὅθεν ζῇ] Regg. b. c. et Lugd. ὅπεθεν. At Sluisk. tuetur vulgatum, quem sequitur Io. Kuhn.

ἣν ἂν πρίηται] Ex illis scil. quae formosae sunt. Nam deformes non emebantur, sed cum dote et praemio elocabantur illis, qui ducere eas vellent, minimo. Quod et apud alias gentes erat in vsu, v. c. de Getis Pomp. Mela II, 2. de Armenlis Iustinian. Nouell. XXI. De Germanis Tacit. de mor. Germ. c. 18. de Graecis primis Aristot. Polit. II, 6. τὰς γυναικας ἐωνηντο παρ' ἀλλήλων. Manserunt haec in vsu quodam, etiam post heroica tempora, et ortas hinc etiam apud Romanos, opinatur Periz., donationes ante nuptias.

Βύβλιος] *Byblus* fuit celebris vrbs Phoenices, Adonidi sacra. Abstinentiam illam ab aliene etiam in Aethiopibus Nic. Damasc. laudat, adeo, vt ianuae aedium istic essent apertae.

Δερβίκαι] Sunt populus Asiae iuxta Hyrcanos.

καταθύοντες] Hoc significatur, viros mactatos tamquam victimas, quarum praeficiae dantur diis, reliqua comeduntur ab hominibus, v. Strab. XI. Similia de Indis tradit Mela III, 7. et Plut. de Scythis. Καταθύειν Perizonio autem est proprie *in altari quid offerre diis*, qui et θύειν ab eo differre et omnino *sacra facere* significare putat, quod probaui etiam Verheyk. ad Anton. Lib. p. 121.

Κόλχοι] Colchi colebant regionem Ponti Euxini orientalem, quae nunc fere Georgiam et Cubaniam continet.

Digitized by Google

Λυδοῖς τὴν ἔθος, πρὸ τῶ συοικεῖν τὰς γυναῖκας ἀνδράσιν, ἑταιρεῖν. ἅπαξ δὲ καταζευχθεῖσας, σωφρονεῖν. τὴν δὲ ἁμαρτάνουσαν εἰς ἕτερον, συγγνώμης τυχεῖν οὐδὲν ἧττον ἦν.

ΚΕΦ. Β'

Περὶ Νικοσράτε τῦ κιθαρισῦ διαφορᾶς πρὸς Λαόδοκον τὸν κιθαρῳδόν.

Νικόσρατον τὸν κιθαριςὴν, λόγος τις περιεσι λέγων, Λαοδόκῳ τῷ κιθαρῳδῷ διαφερόμενον ὑπὲρ μεσικῆς εἰπεῖν, ὅτι ἄρα ἐκεῖνος μὲν ἐςιν ἐν μεγάλῃ τῇ τέχνῃ μικρὸς, αὐτὸς δὲ ἐν μικρᾷ μέγας. ἃ μόνον δὲ εἶρα ἐφ' σεμνὸν οἰκίαν αὐξῆσαι καὶ πλῆτον, ἀλλὰ γὰρ καὶ τέχνην· εἴ γέ τι δεῖ προσέχειν Νικοσράτῳ εὖ καὶ καλῶς τῦτο εἰπόντι.

ΚΕΦ. Γ'.

Περὶ Πολυγνώτε καὶ Διονυσίε, γραφέων.

Πολύγνωτος ὁ Θάσιος καὶ Διονύσιος ὁ Κολοφώνιος γρα-

τον κιθαριςὴν] qui tantum cithara pſallit, κιθαριςὴς eſt; qui ſimul ad citharam cantat, κιθαρῳδός, vid. et ad III, 32 in. it. Plin. hiſt. nat. II, 7. ſ. 5. Nep. XVII, 2. ibique Boſ.

Πολυγνωτος] fuit patria Thaſius, ſed adſcitus in ciuitatem Athenienſium, quia varia gratis pinxerat. Floruit ante Ol. XC, quae incidit in bellum Peloponn. et regnum Darii Nothi. Pinxit autem maxime moralia, vnde Ariſtot. pol. VIII, 5. vult adoleſcentes non ſpectare aut contemplari opera Pauſonis, ſed Polygnoti, aut ſimilium ἠθικῶν.

Διονυσιος] Secundum Plin. XXXV, 10. nihil aliud quam homines pinxit, et ob id ἀνθρωπογράφος cognominatus eſt. Hinc Ariſtot. poet. c. 2. ed. Reiz. init. vbi diſſerit de imitatione, Polygnotum ſcribit pinxiſſe κρείττως h. e. deos et daemonas, Pauſonem χείρως, h. e. pecora et beſtias, Dionyſium

γραφέα ἦσαν· καὶ ὁ μὲν Πολύγνωτος ἔγραφε τὰ μεγάλα, καὶ ἐν τοῖς τελείοις εἰργάζετο τὰ ἄθλα· τὰ δὲ τῦ Διονυσίε, πλὴν τῦ μεγέθες, τὴν τῦ Πολυγνώτε τέχνην ἐμιμεῖτο εἰς τὴν ἀκρίβειαν, πάθος, καὶ ἦθος, καὶ σχημάτων χρῆσιν, ἱματίων λεπτότητας, καὶ τὰ λοιπά.

ΚΕΦ. Δ'.

Νόμος Θηβαϊκὸς περὶ τεχνιτῶν καὶ γραφέων.

Ἀκούω κεῖσθαι νόμον Θήβησι προστάττοντα τοῖς τεχνίταις,

sium vero ὁμοίας *similes*, h. e. fec. Plin. homines. Vel potius, (vt etiam reliqua Ariſtotelis verba poſtulant) omnes hi pinxere homines, ſed Polygnotus, vt ethicus pictor, ἀγαθῶν ſ. κρειττόνων, quam deinde fuerunt, heroum, maioris ſtaturae. et virtutis, ἠθογράφος erat; Pauſon autem homines in ſuis vitiis obſcoenos exhibuit; Dionyſius denique homines, vt ſunt, neque virtutibus heroicis, neque vitiis nobiles. Omnino vid. Ariſtot. h. c.

ἐν τοῖς τέλειοις cet.] Τέλειος notat maxime animal ſtaturae adultae, ſeu, quae et qualis, in confirmata eſt aetate, ſic VII, 13 fin. XIII, 1. et Ael. hiſt. an. II, 42. μαχεται ὁ τέλειος ἡλιξ, *iuſtae magnitudinis et integrae aetatis accipiter*. Videtur igitur Aelianus, vt bene putat Periz., iuſtam ſtaturam rerum, quae pinguntur, intelligere, qua in re differebant ab eius operibus opera Dionyſii, qui in aliis illum optime imitabatur. Nam ſi verteris *perfecta opera*, quae illa perfecta? et quis certamen ſubiit vmquam operibus non perfectis?

πάθος, καὶ ἦθος] Illud *perturbationes animi et adfectus* notat, hoc *indolem* et *mores*. Vtrumuis autem pingendo exprimere, artis erat maximae. Plin. XXXV, 10. de Ariſtide Thebano, *is omnium primus animum pinxit, et ſenſus omnes expreſſit, quos vocant Graeci ἤθη, item perturbationes*, i. e. πάθη.

σχημάτων χρῆσιν] Sunt σχήματα exteriores figurae, et formationes corporis. Sic ſup. II, 44 med. XIV, 22. χρῆσις vero notat hic, prout formantur, et pictori obueniunt formanda illa σχήματα.

ἱματίων λεπτότητας] *veſtium ſubtilitates*; videntur eſſe *veſtes pellucidae*, vid. Plin. XXXV, 9. *Polygnotus Thaſius primus mulieres lucida veſte pinxit.*

Περὶ τεχνιτῶν καὶ γραφέων] Etiam ex hoc adparet, argumenta

Digitized by Google

χνίταις, καὶ τοῖς γραφικοῖς, καὶ τοῖς πλαστικοῖς, εἰς τὸ κρεῖττον τὰς εἰκόνας μιμεῖσθαι. ἀπειλεῖ δὲ ὁ νόμος τοῖς εἰς τὸ χεῖρόν ποτε ἢ πλάσασιν, ἢ γράψασι, ζημίαν τὸ τίμημα δρᾷν.

ΚΕΦ. Ε'.

Τίνες εὐεργεσιῶν ἐμνήσθησαν.

Εὐεργεσιῶν ἀπεμνήσθησαν, καὶ χάριτας ὑπὲρ αὐτῶν ἀπέδοσαν, Θησεὺς μὲν Ἡρακλεῖ· Ἀϊδωνέως γὰρ αὐτὸν τοῦ Μολοττῶν βασιλέως δήσαντος, ὅτε ἐπὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ ἦλθε μετὰ Πειρίθου ἁρπασόμενος αὐτὴν ὁ Θησεὺς, (οὐχ

menta capitum esse a librariis profecta et idcirco diuersa in diuersis codicibus, nec semper congrua vero argumenta. Perperam enim hic mentio fit τεχνιτων και γραφεων, quum auctor τεχνιτων vocem generatim posuerit eamque diuiserit in γραφικους και πλαστικους. Lugd. cod. exhibet νομος κατα αδικων γραφεων.

εις το κρειττον] Volebat nempe lex illa, vt effigies hominum deorumue pingerentur quam honestissimo ornatu, habitu, forma, at minime ridiculo aut foedo, εις το χειρον, *dass sie keine Carricaturen malen sollten.* — In ed. Kuhn. iun. verba praeced. και τοις γρ. desunt.

ζημιαν το τιμημα] Vsitatum est, vt το τιμημα aestimationem litis s. maleficii et eius poenae notet, et sic infr. V, 12 med. *mulctam aestimarunt Demadi.* Hic autem rectius exponitur de *pretio* picturae, ita, vt qui tale quid commiserit, mulctetur ipsa pictura, vel eius pretio. De h. v. vid. Reisk. ind. ad Demosth. Τιμημα scilicet mulctam, vel poenam capitalem in iudicio, vel priuato vel publico, denotat; praesertim autem spectat actorem, qui scripto poenam declarat, qua poena aut mulcta reus, si causa ceciderit, sit adficiendus; vnde τιμημα επιγραφειν, vel επιγραφεσθαι. Ceterum de qualicumque rei aestimatione poenali h. vocem dici monet Münter ad Aristoph. Plut. v. 480.

Αϊδωνεως] Αϊδωνευς, vt Αιδης, etiam Pluto nominabatur, rex vero hic fortasse ideo, quia Pirithous numquam in patriam rediit, Theseus autem nonnisi postquam ab Hercule liberatus est ex regis carcere, qui ipsi erat ᾅδης. Paus. in Att. dicit regem *Thesprotidis*, quae Epiri regio erat vicina, et saepe pro Molosside promiscue ponitur.

Digitized by Google

(οὐχ ἑαυτῷ σπουδάζων τὸν γάμον, ἀλλὰ γὰρ τῇ τοῦ Πειρίθου χάριτι τοῦτο δράσας,) Ἡρακλῆς εἰς τοὺς Μολοττοὺς ἀφικόμενος ἐῤῥύσατο τὸν Θησέα, καὶ διὰ ταῦτα ἐκεῖνος αὐτῷ βωμὸν ἀνέστησε. καὶ οἱ ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις Πρώνακτι καὶ ἐκεῖνοι χάριτας ἀπέδοσαν. διὰ γὰρ αὐτοὺς ἀπολομένου τοῦ Πρώνακτος, τὸν ἀγῶνα ἔθεσαν ἐπ' αὐτὸν, ὃν οἱ πολλοὶ οἴονται ἐπ' Ἀρχεμόρῳ τεθῆναι ἐξάρχῳ. καὶ Ἡρακλῆς δὲ χάριτας ἀπέδωκε Νέστορι. Νηλέως γὰρ αὐτὸν οὐ βουλομένου καθῆραι, οἱ μὲν ἄλλοι παῖδες

ας τους Μολοττους] Huius gentis canes magnitudine et robore fuerunt insignes et celebres. Nihil ergo mirum, huic regi in hac historia tribui canem, cum quo committebat procos suae filiae, et inde ortam *Cerberi* fabulam.

Οἱ ἑπτα επι Θηβαις] Perizon. cum cod. Sluisk. vult legere Θηβας. Recte vero vulgatam cum cod. Lugd. retinendam putauit cl. Kuhn., Vtrumque enim dicitur, atque ita duplex ellipsis obseruanda erit, ad Datiuum *γενομενοι, die bey Theben standen*; ad Accusatiuum, *στρατευομενοι, die gegen Theben zogen*. Ceterum intelligitur illa expeditio nobilis septem Graeciae principum, qui, duce Adrasto, Argiuorum rege, Polynici, Oedipi filio, a fratre suo Eteocle regno priuato, auxilium tulerunt.

απολομενου cet.] Sic Sluisk. et Fab., vulgo *απολουμενου*. Periit autem apud Nemeam infans quidam, Lycurgi filius, consumtus a dracone, quum nutrix ipsum deposuisset in apio, vt monstraret aquam septem illis ducibus (vid. paullo post). Infans illo dictus est *Opheltes*, sed, postquam ita periit, vocatus est *Archemorus*, i. e. quod ipsis (sc. septem) *αρχη μορου, principium fati* exstiterit pueri mors. Ab hoc infante Archemoro diuersum facit Noster istum Pronactem, qui et reuera fuit pater Lycurgi et filius Talai, fratris Adrasti, vid. Apollod. I, 9. §. 13. cf. Schol. Pind. Nem. 3. qui cum Nostro consentit.

τεθηναι εξαρχῳ.] Εξαρχος est *praefectus*. Sed quid hoc in Archemorum? Ergo recte Gesneri coniectura *εξ αρχης* Perizonio et cl. Meineckio probatur; *quando primum institutus est* ille agon Nemeus.

καθῆραι] Volebat Hercules lustrari ea, quod Maegaram, Creontis filiam, vxorem suam ac liberos Therimachum et Ophitem interemerat, v. Hyg. fab. 31. et Apoll. II, 6. Pro *την πολιν* mox Kuhn. non male mauult *την Πυλον*. Nam Pylus, oppidum non procul a promontorio Malea in parte Peloponnesi meridionali, fuit *πολις* Nelei et Nestoris.

Digitized by Google

παῖδες συμψηφοι ἦσαν τῷ Νηλεῖ, ὁ δὲ Νέστωρ ἐχλ. καὶ διὰ ταῦτα ἐλὼν τὴν πόλιν Ἡρακλῆς, τὸν μὲν Νηλέα καὶ τοὺς ἄλλους παῖδας αὐτοῦ ἀπέκτεινεν. ἐ μόνον δὲ ἐφείσατο Νέστορος, ἀλλὰ καὶ τὴν βασιλείαν τὴν πατρῴαν ἔχειν ἔδωκε. καὶ Ἀθηναῖοι δὲ παυσήμει τοῖς Ἡρακλέους ἀπογόνοις ἀπέτισαν χάριτας· ἐπεὶ γὰρ καὶ ἐκεῖνον ὁ προπάτωρ εὐεργέτης ἐγένετο τῷ Θησέως, οἱ Ἀθηναῖοι διὰ ταῦτα κατήγαγον αὐτοὺς εἰς Πελοπόννησον. καὶ Ἡρακλῆς δὲ ἀπέδωκε χάριτας τοῖς ἐκ Κλεωνῶν τριακοσίοις καὶ ἑξήκοντα. τούτοις γὰρ ἐπὶ τοῖς

ἐ μόνον δὲ ἐφ.] Lugd. legit μονε δὲ ἐφ. Quod non plane esse reiiciendum videtur. Vid. Paus. Corinth. c. 18. cf. Ouid. Met. XII, 542.

κατήγαγον αὐτοὺς] Reditus ille Heraclidarum celeber in Peloponnesum aliquamdiu post euenit, nec per Atticam, aut ope Athenienfium, sed per fi. num maris Ionii. Tentarunt nimirum saepius Heraclidae redire in Peloponnesum et regna istic auita recuperare, etiam ante bellum Troianum. Et primum quidem ejecti Peloponneso confugerunt Athenas, vbi liberaliter ab Athenienfibus sunt accepti. Quod quum audiret Eurystheus (Perfei nepos, sicut Hercules huius pronepos, sed veteriori lineae,) eosque sibi dedi postularet, Athenienses pro iis susceperunt bellum, inque eo Eurystheum et liberos eius interemerunt. Sic Heraclidae tunc quidem redierunt in Peloponnesum, sed irrito successu. Nam pestilentia vexati et ab oraculo admoniti iam mox iterum reliquerunt. Videtur Noster ita loqui, quasi haec acciderint post mortem Thesei, et Isocratem maxime sequi, qui auxilium hoc Heraclidis praestitum contra Eurystheum exaggerans iungit, oratoris more, cum vero reditu. Diodorus autem et Pausanias haec facta ab ipso Theseo memorant. Rem ergo, putat Perizonius, gestam esse fine dubio extremis Thesei annis, vel sub Menestheo ab Athenienfibus, non tam propter Thesea, quam quia Athenis iam olim, nefas habebatur supplices dedere hostibus.

τοις ἐκ Κλεωνων] Cleonae erat vrbs inter Corinthum et Argos, iuxta Nemeam, v. Strab. VIII, pag. 377. Paus. Corinth. c. 15. Isthic autem occidit Hercules Molionidas (de quibus paullo post) ad Isthmia ituros, postquam saepius incassum contra eos profectus erat, et multos suorum amiserat, inter quos haud dubie fuerunt hi Cleonaei. Vid. Paus. d. l. et Apollod. II, 7.

Digitized by Google

τοῖς Μολιονίδαις συςρατεύσασιν αὐτῷ, καὶ ἀποθανοῦσιν εὖ καὶ καλῶς, ἀπέςη τῶν ἐν Νεμέᾳ τιμῶν, ἃς ἔλαβε παρὰ τῶν Νεμέων, ὅτε τὸν ἐπιχωριάζοντα αὐτοῖς, καὶ λυμαινόμενον αὐτῶν τὰ ἔργα, ἐχειρώσατο λέοντα.

Καὶ Μενεσθεὺς δὲ ὁ Πετεῶο περὶ τοὺς Τυνδαρίδας οὐκ ἐγένετο ἀχάριςος. ἐκβαλόντες γὰρ ἐκεῖνοι τοὺς Θησέως

επι τοις Μολιονιδαις] Fuerunt filii Actoris et Moliones, *Eurytus* et *Cteatus* dicti, qui cum bellicosi essent, Augeae, patruo suo, tulerunt auxilium contra Herculem eumque repulerunt. Qua propter Hercules, quum eos aperto Marte vincere non posset, per insidias occidit. Ceterum feruntur hi vnum habuisse corpus, sed duo capita, quatuor brachia et pedes; qua re denotatur, fuisse eos fratres maxime concordes, φιλαδελφους.

τιμων, ἃς ελαβε π. τ. Νεμεων] Scilicet ille agon institutus est a septem ducibus ad memoriam pueri, a dracone interemti, celebrandam (vid. paullo ante de Archemoro). Deinde vero quum Hercules Nemeum leonem occidisset, multa in hoc agone immutauit, eumque Ioui consecrauit, vt ait Schol. Pindari ad Nem. ὑποθ. 5. Verisimile ergo est, varios tunc honores (τιμας) etiam ipsi a Nemeis delatos fuisse, quos Cleonaeis nunc detulit. Nec non sec. Schol. Pind. Cleonaei vna cum Argivis et Corinthiis praefuerunt.

επιχωριαζοντα αυτοις] Abest αὐτοις ab Sluisk., nec male.

Μενεσθευς] Fuit hic ex posteris Erechthei, regis Atheniensium, qui proauus illius erat. Excitauit populum contra Theseum, quum is profectus esset cum Piritheo in Molossorum terram (vid. init. hui. cap.) et suasit Atheniensibus, vt Tyndaridas (i. e. Castorem et Pollucem) in vrbem suam admitterent, postquam Aphidnae ab iis captae essent; vid. Plut. in Thes. et Paus. Att. Regno accepto et expulso Theseo, dux fuit Atheniensium in bello Troiano, v. Hom. Il. passim, v. c. β, 559. δ, 327. Sed defuncto istic, et vltimo quidem belli anno, successit Demophoon, Thesei filius, in regno Atheniensium. Falso crediderunt nonnulli, Theseum post Menestheum iterum regnasse; Paus. Att. c. 3. — Πετεωο est Genitiuus ionicus a Nominatiuo Πετεως (forsan pro Πετεος), Gen. Πετεω, adiecto ο ion., Πετεωο, sicut λογοιο. Iones enim amant dilatationem syllabarum, v. c. σαοφρων pro σωφρων. Vid. Schol. ad Hom. Il. δ, 327.

εκβαλοντ.] Causa istius belli fuit, quod Theseus, adiutus a Pirithoo, Helenam rapuit vixdum nubilem, ipse plus quam quinquaginta annos natus. Helenam

Digitized by Google

ως υἱὸς, καὶ τὴν μητέρα Θησέως Αἴθραν αἰχμάλωτον λαβόντες, ἔδωκαν τὴν βασιλείαν τῷ Μενεσθεῖ· διὰ ταῦτα πρῶτος ὁ Μενεσθεὺς ἄνακτάς τε καὶ σωτῆρας ὠνόμασε. καὶ Δαρεῖος δὲ ὁ Ὑςάσπου παρὰ Συλοσῶντος λαβὼν ἱμάτιον ἔτι ἰδιώτης ὤν, ὅτε ἐγκρατὴς ἐγένετο τῆς βασιλείας, ἔδωκεν αὐτῷ τῆς πατρίδος τὴν ἀρχὴν, τῆς Σάμου. χρύσεα χαλκείων, φαίη τις ἄν.

lenam deposuit Aphidnis, qui erat ex pagis s. δημοις Atticae, apud matrem suam Aethram. Tum Castor et Pollux Helenam, sororem suam, repetierunt bello ab Atheniensibus, pagum expugnarunt, Aethramque abduxerunt Spartam, quae idcirco inter ancillas Helenae, etiam in bello Troiano memoratur ab Homero Il. γ. et aliis, quam tamen Eustath. p. 298. adsentiente Perizonio, aliam fuisse, sed eiusdem nominis, censet; quamquam Homerus potius errasse videtur Perizonio; quum enim Helena soror fuisse fingatur Castoris et Pollucis, ex eadem matre, imo ex eodem ouo, s. partu, et tamen hoc tempore Helena fuerit tantum decem annorum puella, illi autem iam septuagenarii et dudum antea comites expeditionis argonauticae; probabilius ergo esse putat Periz., quod alii tradiderunt, Helenam fuisse genitam ex Nemesi, sed educatam a Leda, matre Tyndaridarum, in cubiculo laqueato, quod a Graecis olim dicebatur ωον, vel ωϊον, (quod etiam in Homero passim reperies,) quia vero ωον denotabat etiam ουαν, inde fabulam Helenae, ex ουο natae, ortam. Vid. Munk. ad Hygin. fab. 77. 79. et Spanh. ad Callim. in Dian. v. 232. De ωῳ ουο, v. Eustath. ad Il. ψ, pag. 1442. et maxime Athen. II, 16.

ἄνακτας δὲ καὶ σ.] Sic supra I, 30. de iisdem σωτῆρες καὶ ἀγαθοὶ παραςαται, vbi vid. not. Anactes vero dicebantur reges et alii omnes, sed κατ' ἐξοχὴν hi Tyndaridae.

Συλοσωντος] *Syloson* fuit frater Polycratis, tyranni Samiorum. Dedit amiculum illud Dario, inter δορυφορες Cambysis tunc agenti in Aegypto, quo se quoque tunc contulerat Syloson, per fratrem patria sua eiectus.

χρυσεα χαλκ.] Homericum hoc est, et in adagium abiit. Apud illum Il. ζ, 236. dicitur arma sua permutasse Glaucus cum armis Diomedis, sed χρυσεα χαλκειων ἑκατομβοι' ἐννεαβοιων, h. e. pretiosa vilibus mutans.

Digitized by Google

ΚΕΦ. ϛ'.

Χρησμὸς ὑπὲρ τῶν Ἀθηναίων.

Ὅτι, ἡνίκα ἐβούλοντο Λακεδαιμόνιοι τὴν Ἀθηναίων ἀφανίσαι πόλιν, ἠρώτησαν τὸν θεὸν, καὶ ἀπεκρίνατο, τὴν κοινὴν ἑστίαν τῆς Ἑλλάδος μὴ κινεῖν.

ΚΕΦ. Ζ'.

Ὅτι ἐνίοτε μὲν μήτε ἐν θανάτῳ κακῶν ἐστιν ἀναπαῦσαι, καὶ περὶ Παυσανίου.

Οὐκ ἦν ἄρα τοῖς κακοῖς οὐδὲ τὸ ἀποθανεῖν κέρδος, ἐπεὶ μηδὲ τότε ἀναπαύονται. ἀλλ' ἢ παντελῶς ἀμοιροῦσι ταφῆς,

Ὅτι] Vid. III, 34 in.

ἡνίκα] factum hoc est, quum Athenae a Lysandro occupatae essent, vid. Diod. Sic. XV, p. 375. Sed vid. ibi Wessel. it. Xen. hist. gr. II, c. 2. §. 12. VI, c. 5. §. 35.

ἀπεκρίν.] sc. οὗτος, i. e. θεός. Sic saepius subiectum intelligi debet, v. c. Herodot. I, c. 31. ὡς Σόλων προετρεψατο Κροισον — επηρωτα sc. Κροισος.

τὴν κοινὴν ἑστίαν] Ita vocauit Athenas Pythia, quia nusquam facilius recipiebantur peregrini et exules, quam istic; quare etiam in eam vrbem, tamquam ad communem aram misericordiae, vndique ex Graecia confugerunt supplices iam antiquissimis temporibus. Vnde et *Supplices*, tragoediae Euripidis eiusque *Heraclidae* ortae sunt. Thucyd. I, 2. dicit, eo ipso auctas esse Athenas; et Strabo IX, p. 393. Iustin. V, 8. Exemplum vid. et in cap. super. de Heraclidis.

Κακων εστι αναπ.] Plane non est Graecum κακων αναπαυσαι, vnde vir doct. Misc. obs. III, vult legi aut κακοις αναπαυσασθαι, *ne in morte quidem mali quiescunt*, aut κακων εστιν αναπαυσασθαι. Aut credas, Verbum αναπ. in eorum numero esse, quae neutraliter, vel passiue vsurpentur, vt φαινειν cet. Sed exempla adhuc plura an occurrant, nescio. Sed res non est magni momenti, quum tituli non ab auctore, sed a librario sint profecti.

αναπαυονται] Videtur sane respicere auctor illam veterum opinionem, qua putabant errare animas eorum, nec recipi in Acheruntem, qui sepulti non essent. Haec opinio, saltem ex parte legis istius, erat causa apud Atticos, cuius meminit Noster V, 14. vt, si quis inci-

Digitized by Google

ταφῆς, ἢ καὶ, ἐὰν φθάσωσι ταφέντες, ὅμως καὶ ἐκ τῆς τελευταίας τιμῆς, καὶ τοῦ κοινοῦ πάντων σωμάτων ὅρμου, καὶ ἐκεῖθεν ἐκπίπτουσι. Λακεδαιμόνιοι γοῦν Παυσανίαν μηδίσαντα, οὐ μόνον λιμῷ ἀπέκτειναν, ἀλλὰ γὰρ καὶ τὸν νεκρὸν ἐξέβαλον αὐτοῦ ἐκτὸς τῶν ὅρων, φησὶν Ἐπιτιμήδης.

ΚΕΦ. Η'.

Περὶ μεταβολῆς τύχης.

Εἶτα τίς οὐκ οἶδε τὰς τῆς τύχης μεταβολὰς ὀξυῤῥόπους καὶ ταχείας; Λακεδαιμόνιοι γοῦν Θηβαίων ἄρξαντες, αὐτοὶ πάλιν ὑπ' ἐκείνων οὕτως ἐχειρώθησαν, ὡς τοὺς Θηβαίους μὴ μόνον εἰς Πελοπόννησον ἀφικέσθαι, ἀλλὰ γὰρ καὶ τὸν Εὐρώταν διελθεῖν, καὶ τὴν τῶν Λακεδαιμονίων τεμεῖν χώραν· καὶ ὀλίγου καὶ τὴν πόλιν

incideret in cadauer insepultum, ei omnino iniiceret terram.

ὅρων, φησὶν Ἐπιτ.] Nonne ὡς ante φησὶν ab ὅρων absorberi poterat? Tamen et sine hac coniectura lectio bene se habeat.

Ἐπιτιμήδης] Sluisk. et Lugd. Ἐπιτιμίδης. Putat ergo Periz. cum Scheff., Kuhn. et Fabr. intelligi Timaeum, qui nomine Epitimaei ob continuas obtrectationes fuit adpellatus, eoque nomine etiam citatur ab Athen. VI, 20.

Θηβαίων ἀρξ.] Intelligit tempus, quo Lacedaemonii Cadmeam, arcem Thebanorum, tenuerunt suo praesidio, quod in eam clam immisit sceleratus Thebanorum polemarchus Leontiades, vt collegam suum Ismeniam et contrariam factionem opprimeret. Lacedaemonii ergo vrbem permiserunt isti Leontiadae et eius amicis, aeque ac Athenas paullo ante 30 tyrannis. Denique anno quarto post et ipsi ab exsulibus, quorum dux erat Pelopidas, caesi sunt, et praesidium illud e Cadmea electum. Vid. Xen. hist. gr. V. Nep. et Plut. in *Pelop.*, it. supr. II, 43. et not. Γοῦν inprimis in exemplis, ad rem aliquam illustrandam vel firmandam adferendis adhibetur, vid. ad I, 14 med.

ἐχειρώθησαν] in proelio ad Leuctram, de quo vid. II, 43. not.

Εὐρώταν] est fluuius, Spartam praeterlabens.

ὀλίγου καὶ τὴν πόλιν] *et parum abfuit quin*, vel, vt saepe verti potest, *propemodum*, vbi intell.

πατέβαλεν, ὁ μὲν Ἐπαμεινώνδας ἔλεγε, μὴ πολλοστὸν μέρος τῆς ὀργῆς ἐκκενῶσαι, καὶ τοῦτο τῆς Σπάρτης ἀγωνιώσης.

Δευτέρας δὲ τάξεως παντελῶς ὑπὸ Καρχηδονίων εἰς πολεμίαν, ἐλπιδος αὐτῷ συνεχῶς ὑποφαινομένης, αὐτὸς μὲν ἔζωσε τὴν, καὶ ἐπεσπάσατο ἀμυνόμενον. τῶν δὲ ἑτέρων αὐτῷ τις, Ἑλλανίδας ὄνομα, προσελθὼν ἔφατο· ὦ Δεινόμαχε, πολὺν ἐπαίρεις ἡ τιμωρία! εἰσέρχῃ γὰρ ἐπὶ τοῦτο ἀναμφίβολα τὴν νικήσων, καὶ σὺν ὀλίγοις παμπόλλοις μαχόμενος συστήσεσθε, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀρχὴν μείζω ἐποίησε.

Καὶ Ἀμύντας δὲ ὁ Μακεδὼν ἡττηθεὶς ὑπὸ τῶν περσικῶν βαρβάρων, καὶ ἀποβαλὼν τὴν ἀρχὴν, γνώμην μὲν ἔσχεν, ὡς καὶ ἀπολείψων τὴν χώραν τελέως. ἠγάπα γὰρ, εἰ δυνηθείη διασῶσαι αὐτὸν γῆν μόνον. ἔπειτα δὲ ἐν τούτῳ ὢν, ἔβρωτό τις πρὸς αὐτὸν τὴν Ἑλπίδα φανῆν. καὶ μικρὸν χῶμα καταλαβών, καὶ ἀθρόους ὀλίγους περιιόντας, ἀνεκλήσατο τὴν ἀρχήν.

Ὅτι τὸν Ὦχον οἱ Αἰγύπτιοι τῷ ἐπιχωρίῳ φωνῇ ὄνον ἐκάλεσαν, τὸ ναθὲς αὐτοῦ τῆς γνώμης ἐκ τῆς ἀσθενείας

tolli. δὲ, vel Infin. δεῖν, quod modo adponitur, modo omittitur. Sic etiam dicitur μικρὸς et μικρὸς δεῖν, eodem significatu, v. c. Dem. orat. phil. init. Contra πολὺς δεῖν, multum abest, pro ἥκιστα· pro quo etiam dicitur οὐδὲ ἐγγύς. Ceterum alii tradunt, Epaminondam non receffiffe vitro, aut motu conspirationis, sed quum vna cum Peloponnesiis acriter oppugnaffet Spartam, repulsum fuiffe, vid. Iustin. VI, 7. Diod. XV. Nostro vero adsentitur Polyaen. II, 3. 5. Isocr. orat. Archid. et Xen. hist. gr. extr.

συνῆφεν] Vid. ad I, 16 med. Nep. X, c. 2. Luzac. III, pag. 197. Ceterum de Dionysio iun. vid. Plin. hist. nat. VII, 30. f. 32.

Ἀμύντας] Pater hic fuit Philippi. Secundo autem regni anno ab Illyriis fuit victus adeo, vt regno excidiffe iam videretur, sed reftitutus eft auxilio Theffalorum intra tres menses, vid. Isocr. Archid. et Diod. XIV, 307.

τὸν Ὦχον cet.] Defciuerant iterum Aegyptii a Perfis. Rex Ochus,

νείας τοῦ ζώου διαβάλλοντες. ἀνθ' ὧν ἐκεῖνος τὸν Ἄπιν πρὸς βίαν κατέθυσεν ὄνῳ.

Δίων ὁ Ἱππαρίνου, φυγὰς ὢν ὑπὸ Διονυσίου, μετὰ δισχιλίων στρατιωτῶν αὖθις κατεπολέμησεν. καὶ ὃ πρότερον αὐτὸς ἦν, τοῦτο ἐκεῖνον εἰργάσατο, φυγάδα.

Συρακούσιοι δὲ ἐννέα τριήρεσι πρὸς ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα τὰς τῶν Καρχηδονίων παραταξάμενοι, κατὰ πολὺ ἐκράτησαν.

Ochus, alienior a bellis, non suscepit ipse contra eos expeditionem, sed duces suos cum exercitibus misit, qui infeliciter rem gesserunt. Quapropter contemtus ab Aegyptiis fuit, idque tulisse fertur *δια την αργιαν*. Quum vero Phoenices et Cyprii iam imitarentur Aegyptios, et ex eo contemtu ruerent et ipsi in defectionem, tum tandem ipse Ochus suscepit bellum, in quo et reliquos et Aegyptios domuit ita, vt etiam Apin eorum occiderit cet. Ergo quum ita contemtus domi desideret et omnia patienter ferret ab Aegyptiis, qui semper fuerunt dicacis linguae, tandem *asinus* fuit vocatus; *δια την αργιαν αυτου*, s. vt Noster, *δια το νωθες αυτου*. At contra, quum eos vicisset, et crudeliter victoriam exercuisset, tum demum *μαχαιραν* eum adpellarunt, ad truculentiam eius denotandam, vid. Plut. de Iside et Osir. Ceterum hunc Ochum, vt eius filium, Arsen s. Narsen, vltimum istius familiae regem, denique Bagoas eunuchus interemit, quod vid. inf. VI. 8.

Διων cet.] De quo vid. sup. II, 43. et not. et de Dionysio inf. VI, 12. IX, 8. Ceterum Dion mox vicissim occisus est ab amicis, Dionysius autem recuperauit tyrannidem, denique tamen iterum a Timoleonte eiectus, ex rege factus Corinthi vilissimus ganeo et mendicus.

εκρατησαν] factum hoc est tempore Dionysii maioris. Quum enim Syracusis, a Carthaginiensibus arcte obsessis, de Siciliae imperio actum videretur, e Peloponneso subsidio venerunt Corinthii cum sociis, et Carthaginienses ad internecionem ceciderunt, vid. Diod. XIV. Arist. rhetor. c. 9.

Digitized by Google

ΚΕΦ. Θ'.

Περὶ Πλάτωνος ἀτυφίας, καὶ Ἀριστοτέλους ἀχαριστίας.

Πλάτων ὁ Ἀρίστωνος ἐν Ὀλυμπίοις συνεκύπτωσεν ἀγωνίσιν ἀνθρώπους, καὶ αὐτὸς ὢν αὐτοῖς ἀγνώς. ἔτως δὲ αὐτὸς ἐχειρώσατο, καὶ ἀνεδήσατο τῇ συνουσίᾳ, συνεσιώμενός τε αὐτοῖς ἀφελῶς, καὶ συνδιημερεύων ἐν παιδιαῖς, ὡς ὑπερηδῆναι τὰς ξένας τῇ τῶ ἀνδρὸς συντυχίᾳ. ἔτε δὲ Ἀκαδημίας ἐμέμνητο, ἔτε Σωκράτες. αὐτό γε μὴν τῶτο ἐνεφάνισαν αὐτοῖς, ὅτι καλεῖται Πλάτων.

Ἐπεὶ δὲ ἦλθον εἰς τὰς Ἀθήνας, ὑπεδέξατο αὐτὸς εὖ μάλα φιλοφρόνως. καὶ οἱ ξένοι, ἄγε, ἔφον, ὦ Πλάτων, ἐπίδειξον ἡμῖν καὶ τὸν ὁμώνυμόν σε τὸν Σωκράτες ὁμιλητὴν, καὶ ἐπὶ τὴν Ἀκαδημίαν ἤγησαι τὴν ἐκείνε, καὶ ἐπισύσησαν τῷ ἀνδρὶ, ἵνα τι καὶ αὐτῷ ἀπολαύσωμεν. ὁ δὲ ἠρέμα ὑπομειδιάσας, ὥσπερ ἔν καὶ εἰώθει, ἀλλ' ἐγώ, φησιν, αὐτὸς ἐκεῖνός εἰμι. οἱ δὲ

συνεκύπτωσεν] Vid. not. ad init. cap. 1. hui. libri. Potissimum autem tentoria in ludis Olympicis figere debuerunt, ad quorum spectaculum maxima hominum multitudo vndique concurrebat. Coeperunt tamen tandem in huiusmodi ludorum locis exstrui publica deuerbria s. stabula, sed tantum athletis.

ἀφελῶς] *sine fastu* aut *adfectatione praecipuae cuiusdam sapientiae* vel *dignitatis*; fere synon. τῷ ἀτύφως, quod mox sequitur. Sic VII. 1 init.

ἐπισύσησαν] Variant codices. Sluisk. *ἀποσήσαν*. Lugd. *ἀποσείσαν*, corruptus haud dubie vterque. Certe commodus est Perizonii sententia, sensus vulgatae lectionis. Plane eadem Epist. ench. c. 48. §. 1. de Socrate dixit, additque *ἤρχοντο πρὸς αὐτὸν, βελόμενοι φιλοσοφεῖν ὑπ' αὐτῦ συναδηναι* cet. Tamen Abr. Gronouio et V. cel. Kuhn. vulgata lectio non posse videtur tolerari, et iste cum ed. Basil. lectionem Med. s. *ἀποσυσήσαν* recepit. Kuhn. V. cl. coniecit *καὶ ἐπισυσήσαν, praeterea que commenda nos vita*; nec male, vt mihi videtur; tamen quid sit, quod vulgatam reiiciendam velis, nescio, ideoque cum Perizon. retinendam puto.

Digitized by Google

δὲ ἐξεπλάγησαν, εἰ τὸν ἄνδρα ἔχοντες μεθ' ἑαυτῶν τὸν τοσοῦτον, ἠγνόησαν, ἀτύφως αὐτοῦ συγγενομένου καὶ ἀνεπιτηδεύτως αὐτοῖς, καὶ δείξαντος, ὅτι δύναται καὶ ἄνευ τῶν συνήθων λόγων χειροῦσθαι τοὺς συνόντας.

Ὁ Πλάτων τὸν Ἀριστοτέλη ἐκάλει πῶλον. τί δὲ ἐβούλετο αὐτοῦ τὸ ὄνομα ἐκεῖνο; δηλονότι ὡμολόγηται, τὸν πῶλον, ὅταν κορεσθῇ τοῦ μητρῴου γάλακτος, λακτίζειν τὴν μητέρα. ᾐνίττετο οὖν καὶ ὁ Πλάτων ἀχαριστίαν τινὰ τοῦ Ἀριστοτέλους. καὶ γὰρ ἐκεῖνος τὰ μέγιστα εἰς φιλοσοφίαν παρὰ Πλάτωνος λαβὼν σπέρματα καὶ ἐφόδια, εἶτα ὑποπλησθεὶς τῶν ἀρίστων, καὶ ἀφηνιάσας, ἀντῳκοδόμησεν αὐτῷ διατριβὴν, καὶ ἀντιπαρεξήγαγεν ἐν τῷ περιπάτῳ ἑταίρους ἔχων, καὶ ὁμιλητὰς, καὶ ἐγλίχετο ἀντίπαλος εἶναι Πλάτωνι.

ΚΕΦ. Ι'.

Πῶς εἶχε πρὸς τὸν δῆμον τῶν Ἀθηναίων ὁ Περικλῆς.

Εἶτα οὐκ ἦν τοῦ δήμου τοῦ Ἀθηναίων θεραπευτικὸς ὁ Ξανθίππου Περικλῆς; ἐμοὶ μὲν δοκεῖ. ὁσάκις γοῦν ἔμελλεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν παριέναι, ηὔχετο μηδὲν αὐτῷ ῥῆμα ἐπιπολάσαι τοιοῦτον, ὅπερ οὖν ἔμελλεν ἐκτραχύνειν

ανεπιτηδευτως] quasi qui non studet vel cogitat, quomodo dignitati, quam obtinere credit, maxime consentaneum se gerat, nec ideo arrogantiam adfectat.

ὁ Πλατων τον Αριστ.] Nouum hic caput videtur constituendum, si quidem, quod sequitur, nihil pertinet ad superiora, nisi quod item de Platone agit.

αυτε το ονομα] Sluisk. αυτῳ sc. Platoni, quod cum Fabro sane praeferendum videtur; *quid Platoni*, seu *apud Platonem significare volebat* cet.

αντῳκοδομησεν αυτῳ διατριβην] *scholam*, *scholae Platonis contrariam* aperuit.

αντιπαρεξηγαγεν cet.] De Peripato et tota historia Aristotelis a Platone desciscentis vid. sup. III, 19. ib. not.

Digitized by Google

τὸν δῆμον, πρόσαντες αὐτῷ γενόμενον, καὶ ἀβούλητον δόξαν.

ΚΕΦ. ΙΑ'.

Περὶ Σωκράτους φιλοκαλίας.

Διογένης ἔλεγε καὶ τὸν Σωκράτην αὐτὸν τρυφῆσαι. περιειργάσθαι γὰρ καὶ τῷ οἰκιδίῳ, καὶ τῷ σκιμποδίῳ, καὶ ταῖς βλαύταις δὲ, αἷσπερ οὖν ἐχρῆτο Σωκράτης ἔστιν ὅτε.

ΚΕΦ. ΙΒ'.

Περὶ Ἑλένης εἰκόνος ὑπὸ Ζεύξιδος γραφείσης.

Ὁ Ζεῦξις ὁ Ἡρακλεώτης, ὅτε τὴν Ἑλένην ἔγραψε, πολλὰ ἐχρηματίσατο ἐκ τούτου τοῦ γράμματος. οὐ γὰρ εἰκῆ,

Βλαυταις] Calcei fuerunt maxime domestici, s. genus sandalii valde humile, nec *valde remouens pedes a puluere*, vt ait Clem. Alex. in *paedag.* Hinc apud Aristoph. *equit.* tribuuntur hominibus in conuiuio accumbentibus, qui saepe alienis vtuntur βλαυτιοις, quando inde surgunt subito ad exonerandum ventrem; Socrates iis raro s. interdum (εστιν ὅτε) vtebatur; sed tamen eos publici vsus fuisse liquet ex IX, 11 fin.

εστιν ὅτε] *interdum*, pro quo etiam εσθ' ὅτε scribitur. Sic dicitur εστιν ὅπου *alicubi*; εστιν ὅπως et εστιν ὡς *quodammodo*. Sic ουκ εστιν ὅπου *nusquam*, ουκ εστιν ὅποτε pro ουδεποτε *numquam*.

Ὁ Ζευξις cet.] *Zeuxis*, celeberrimus pictor, natus Heracleae, et, quum eiusdem nominis plures essent vrbes, ea, vt videtur, quae fuit in Magna Graecia, et quidem in litore Neapolitano ad sinum Tarentinum sita, eo loco, quo hodie *Torre di S. Basilio* est exstructa, v. Plin. hist. nat. XXXV, 9. s. 36. III, 11. s. 15. ib. Harduin. Aequalis fuit Archelao, Macedonum regi, et Socrati, vel paullo antiquior, v. inf. XIV, 17. Postquam magnas collegerat diuitias, quas, teste Plinio, Olympiae ita ostentavit, vt in pallio nomen suum aureis literis intexi curauerit; reliquas picturas dono dedit aliis aliam, v. c. Alcmenen

Digitized by Google

εἰκῆ, καὶ ὡς ἔτυχε, τοὺς βουλομένους ἀνέδην εἴα ὁρᾶν αὐτὴν, ἀλλ' ἔδει ῥητὸν ἀργύριον καταβαλεῖν, εἶτα οὕτω θεάσασθαι. ὡς οὖν μίσθωμα τοῦ Ἡρακλεώτου λαμβάνοντος ὑπὲρ τῆς γραφῆς, ἐκάλουν οἱ τότε Ἕλληνες ἐκείνην τὴν Ἑλένην ἑταῖραν.

ΚΕΦ. ΙΓ'.

Ἐπικούρου γνώμη καὶ εὐδαιμονία.

Ἐπίκουρος ὁ Γαργήττιος ἔλεγεν, ᾧ ὀλίγον οὐχ ἱκανὸν, ἀλλὰ τούτῳ γε οὐδὲν ἱκανόν. ὁ αὐτὸς ἔλεγεν ἑτοίμως ἔχειν,

Agrigentinis, Panem Archelao. Inter alia opera nobilissima Crotonae Helenam Iunoni Laciniae dedicatam pinxit, v. de la Cerda ad Virg. Aen. III, 552. Cic. de inuent. II, 1. quam vt pingeret formosissimam, ex omnibus Crotoniatarum virginibus publico decreto exhibitae illi sunt quinque nudae, ad quarum exemplar consummatam vnius Helenae pulcritudinem exprimeret. Ceterum, quum haec proprie sit picta populo Crotoniatarum, credit Perizon., diuersam esse ab ea, quam Noster hic memorat, et forsan ex illa hanc fuisse repetitam (*copirt*) et per Graeciae populos circumlatam, quaestus faciendi causa, tanto magis, quoniam et Athenis publica in porticu posita fuit talis Helena, a Zeuxide picta, v. Eustath. ad Il. λ. Praeterea alia opera magnifica perfecit, vt Iouem sol. o infidentem, deosque circumstantes; Penelopen; Herculem in cunis serpentes occidentem. De Helena, Iouis filia ex Leda, sorore Tyndaridarum, vid. sup. c. 5. et not.

ἀκῃ] *nullo dato pretio*, vid. ad IV, c. 1 med.

ἀνεδην] *libere*, sic Gesn. coniecit, cum quo Lugd. et Siuisk. consentiunt. Vulgo ἀναιδην, *impudenter*. Scheff. αν' ιδειν. Periz. τους βουλ. αν εια ὁραν α. Equidem fateor, nullam lectionem harum mihi placere, nam nec duplex Infinitiuus Schefferi, nec violenta Perizonii emendatio probare se cuiquam possit, et quid volunt sibi priores alterae lectiones?

Επικουρος Γαργηττ.] De hoc vid. Excurs. *Epic.* ὁ Γαργ. sc. τον δημον, vt apud Laert. in eius vita. Est Gargettus inter pagos vel populos Atticae. Notum enim est, populum Atheniensem in certas φυλας distributum fuisse, quarum in initio IV erant, deinde factae sunt X, postremo II additae sunt, vnde numerus earum XII mansit. Quaelibet φυλη in III φρατριας,

ἔχειν, καὶ τῷ Διὶ περὶ εὐδαιμονίας διαγωνίζεσθαι, μᾶζαν ἔχων καὶ ὕδωρ. ταῦτ' οὖν ἐννοῶν ὁ Ἐπίκουρος, τί βουλόμενος ἐπῄνει τὴν ἡδονὴν, εἰσόμεθα ἄλλοτε.

ΚΕΦ.

τριαν, et alia diuidendi ratione in X, et qui excurrunt δημους diuisa erat. Numerus igitur omnium φρατριων erat XXX vel XXXVI, δημων vero CLXXIV fuisse dicitur. Qui ex eodem δημῳ erant, δημοται, qui ex vna φρατρια, φρατορες, denique qui ex eadem φυλῃ, φυλεται dicti sunt. Quando autem aliquis Atheniensis, potissimum si ignotus esset, describendus erat, tam proprio nomine, quam patris et δημου nominabatur, v. c. Κολυττευς, *e pago Kolyttico, aus dem Kolyttischen Distrikt*; Γαργηττιος, *e pago* (δημῳ) *Gargettio*. Vid. plura *Barthelemy Reise d. iung. Anacharf.* II, c. 14.

περὶ ευδαιμονιας] Sic Sluisk. At Lugd. et Steb. serm. XVII. ὑπερ ευδ.

μαζαν] *panem*. Ceterum notat Girard ad Aristoph. Plut. 192. ed. Münt. delicatiorem quoque quamdam fuisse μαζαν, ex farina, sale, oleo vel lacte confectam, quandoque etiam vino subactam. Maza vulgaris non delicata fuisse videtur; facta enim erat ex sola farina hordeacea (εκ των αλφιτων) et aqua, vt ait Athen. XIIII, et Plutarch. *in maza et lente iucunditatem non esse*. Hinc verbum ὑπερμαζαν, de hominibus mollioribus, qui delicatioribus, mazam superantibus vescuntur. Delicatior autem illa ματτυα dicebatur, vid. Athen. l. c. et Hippocr. de diaeta. Plura v. Grut. thes. crit. III, p. 515. 598.

επηνα τον cet.] Sluisk. επαινᾶ, fortasse leg. επαινα. Paullo ante Lugd. ταυτα μεν ουν ενν.

ἡδονην] Vid. sup. not. ad II, 31 med. it. Laert. num. 131. cf. Cic. fin. I, 11. vbi videbis, quae fuerit eius ἡδονη *voluptas*; a qua tamen neutiquam excludebatur corpus, quia, vt (Cic. d. l. c. 17.) Torquatus, *animi voluptates et dolores nasci fatemur e corporis voluptatibus et doloribus*, vid. et Gell. IX, 5. vbi Epicurus ipse voluptatem definit *carnis sanam constitutionem*, haud dubio, quia tunc animus optime fungitur suo officio. Ad animi tamen αταραξιαν requirebat quoque iustitiam et probitatem, si fides ipsi. Ceterum illud nihil dolere, adeo proprium erat Epicureae voluptatis, vt in eo ipse discrepare se tradat a Cyrenaicis et Aristippo, qui finem bonorum collocabant in *gaudio*. Vid. Laert. num. 36. Senec. ep. 18. 21. 25. 110.

Digitized by Google

ΚΕΦ. ΙΔ'.

Περὶ χρημάτων φειδῆς καὶ φυλακῆς.

Πολλάκις τὰ κατ' ὀβολὸν μετὰ πολλῶν πόνων συναχθέντα χρήματα, κατὰ τὸν Ἀρχίλοχον, εἰς πόρνης γυναικὸς ἕντερον καταίρεσιν. ὥσπερ γὰρ ἐχῖνον λαβεῖν μὲν ῥᾴδιον, συνέχειν δὲ χαλεπὸν, ἕτω καὶ τὰ χρήματα. καὶ Ἀναξαγόρας ἐν τῷ περὶ βασιλείας φησὶ, χαλεπὸν χρήματα συναγείρασθαι, χαλεπώτερον δὲ φυλακὴν τούτοις περιθεῖναι.

ΚΕΦ. ΙΕ'.

Περί τινων ἐν νόσῳ μεσικὴν, καὶ ἄλλα μεμαθηκότων, καὶ ἰσχυρῶν γεγενημένων.

Ἱέρωνά, φασι, τὸν Σικελίας τύραννον, τὰ πρῶτα ἰδιώτην εἶναι· καὶ ἀνθρώπων ἀμεσότατον, καὶ τὴν ἀγροικίαν ἀλλὰ μηδὲ κατ' ὀλίγον τῷ ἀδελφῷ διαφέρειν τῷ Γέλωνος. ἐπεὶ δὲ αὐτῷ συνηνέχθη νοσῆσαι, μεσικώτατος ἀνθρώπων ἐγένετο, τὴν σχολὴν τὴν ἐκ τῆς ἀῤῥω-

Κατ' ὀβολὸν] sic *vnciatim* Tetent. Phorm. I, 1. 9. Erat autem *obolus* argenteus numus, sexta pars drachmae, minimi ergo pretii apud Graecos. Hinc passim adhibetur ad notandam rem vilem et exigui pretii.

Ἀρχίλοχον] antiquissimum poetam mordacissimum, iambofumique, vt fertur, repertorem. Vid. inf. X, 13. et Val. Max. VI, 3.

καταιρεσιν] verbum proprium nauibus peregre redeuntibus in portum. Sic c. 25.

Την ἀγροικιαν] Videtur esse h. l. non *rusticitas*, sed *insuitia*; agitur enim hic vnice de liberalibus doctrinis, quo nomine idem Gelo, cui hic tribuitur ἀγροικία, mox vocatur ἄμουσος, quod fane erat, sed non ingenio et moribus agrestis, quod docent artes, quibus eluserit insidiantes, et regnum sibi adfirmauerit, v. infr. XIII, 44. Herod. VII, 154. ff. et de eius humanitate et sapientia Plut. de sera num. vind. p. 552. Suid. ἀγροικος, ἄφρων — καὶ ἀπαίδευτος.

Digitized by Google

ἀρέσκειας εἰς ἀκέσματα πεποιημένα καταθέμενος. ῥωθεὶς ἐν Ἱέρωνος συνῆν Σιμωνίδῃ τῷ Κείῳ, καὶ Παυσανίᾳ τῷ Θηβαίῳ, καὶ Βακχυλίδῃ τῷ Ἰουλήτῃ. ὁ δὲ Γέλων ἀνδρεῖος ἄμεσος.

Μεσικώτατον δὲ λέγεσι καὶ Πτολεμαῖον γενέσθαι τὸν δεύτερον, καὶ αὐτὸν νοσήσαντα. λέγει δὲ καὶ Πλάτων, τὸν Θεάγην φιλοσοφῆσαι δι' ὧδέν ἄλλο, ἢ διὰ τὴν νοσοτροφίαν. εἴργεσθαι γὰρ αὐτὸν ἐκείνη τῶν πολιτικῶν, συνῆλασεν εἰς τὸν τῆς σοφίας ἔρωτα. τίς δὲ ἂν νῶν ἔχων συνηύζατο καὶ Ἀλκιβιάδῃ νόσον, καὶ Κριτίᾳ, καὶ Παυσανίᾳ τῷ Λακεδαιμονίῳ, καὶ ἄλλοις; Ἀλκιβιάδῃ μὲν καὶ Κριτίᾳ, ἵνα μὴ ἀποδράντες Σωκράτους, ὁ μὲν

Σιμωνιδῃ] Poeta fuit celeber, tempore huius Hieronis vixit et Pausaniae, Lacedaemoniorum regis, quibus familiariter vsus est, vid. infr. VIII, 2. IX, 1. et 41. XII, 25 med. et Rach. ad Xen. Hieron. init. Restant adhuc nonnulla carminum fragmenta, eius nomen ferentia.

Πινδαρῳ] Fuit ille notissimus poeta lyricus, cuius carminum 45 adhuc restant. Vixit Thebis natus Ol. LXVI. et fuit Simonidis Cei discipulus. Aestimant eum magni veteres, et sane sententiis excelsissimis abundat, etsi nonnumquam nimis obscurus reperitur. Caeterum carmina eius VV. cell. Heyne Gottingae, et Gedike Berolin. ediderunt.

Βακχυλιδῃ cet.] fuit ille Bacchylides Simonidis ἀδελφιδοῦς, teste Strab. X, pag. 486. Nam et Simonidem Ἰουλήτην fuisse ex oppido Iulide in insula Ceo, aiunt et Strabo et Suidas. Et ab hoc restant fragmenta poetica.

μεσικώτατον] De μεσικῃ vid. sup. II, 18. h. l. μεσικος sign. *doctus, peritus*, vt Max. Tyr. diss. XVI, p. 305. μεσικος ειναι, *discendi peritus.*

Πτολεμαιον τ. τον δευτ.] est Ptolemaeus Philadelphus, Soteris filius.

Θεαγην] fuit discipulus Socratis, et ideo etiam dialogum, *Theagis* nomine inscriptum, nobis reliquit Plato. Locum hunc vid. hausturn Plat. rep. V.

νοσοτροφιαν] morbum longiorem, qui quasi alitur. Vox est tantum Platonica, et inde ab Aeliano hausta.

Κριτιᾳ] Critias antea fuit cum Alcibiade discipulus Socratis, deinde vnus, isque pessimus, e triginta tyrannis. Vid. Xen. M. S. I, 2. eiusd. hist. gr. II, 4. §. 12. et sup. II, 13. Exc. de Socr.

Παυσανιᾳ] de quo vid. sup. II, 21. et III, 47 med.

ἀποδραντες Σωκρατους] Xen. M. S. I, 2. §. 16. in eodem sen-

su

ὁ μὲν ὑβριστὴς γένηται, καί ποτε μὲν Φιλολάκων, ποτὲ δὲ βοιωτιάζῃ τὸν τρόπον, καὶ αὖ πάλιν θετταλίζῃ, καὶ τοῖς Μήδων καὶ Περσῶν ἀρέσκηται, ἐν Φαρναβάζου γενόμενος. τυραννικώτατος δὲ καὶ φονικώτατος ὁ Κριτίας γενόμενος, καὶ τὴν πατρίδα ἐλύπησε πολλὰ, καὶ αὐτὸς μισούμενος, τὸν βίον κατέστρεψε.

Καὶ Στράτων δὲ ὁ Κορράγου εἰς δέον ἔοικε νοσῆσαι. εὖ γὰρ γένους ἥκων, εὖ δὲ καὶ πλούτου, οὐκ ἐγυμνάζετο. καμὼν δὲ τὸν σπλῆνα, καὶ θεραπείας δεηθεὶς τῆς ἐκ τῶν γυμνασίων, τὰ μὲν πρῶτα, ὅσον ἐς τὸ ὑγιᾶναι, ἐχρῆτο αὐτοῖς. χωρῶν δὲ ἐς τὸ πρόσω τῆς τέχνης, καὶ ἐν ἔργῳ τιθέμενος αὐτὴν, Ὀλυμπιάσι μὲν ἐνίκησεν ἡμέρᾳ

se li dicuntur αποπηδησαντε Σωκρατους. Αποδραν, vt αποφοιταν Olympiod. comment. in Plat. Gorg., proprie dici monet cel. Ruhnk. ad Xen. d. l. de discipulis, qui magistri scholam temere aut cum contemtu relinquant. Ceterum Critias occisus est in proelio contra Thrasybulum et exsules.

Φιλολακων — βοιωτ. — θεττ. — τοις Μηδ. cet.] His omnibus in genere vnum idemque notatur, nempe *indoles*, *mores*, *τροπος*, harum gentium, a quibus eam Pausanias adsumsit, non autem *partes*, quas fouisse vulgo creditur Pausanias. Vid. eadem Athen. XII, cap. 9. it. Plut. Nep. in Alcib.

εν Φαρναβαζου] Plut. hoc non apud Pharnabazum, sed Tissaphernem accidisse narrat in *Alcib.* Et sane prius et diutius fuit apud Tissaphernem, eumque a Lacedaemoniis alienavit, et Atheniensibus reconciliatus ad partes eorum traduxit. Ad Pharnabazum vero adiit extremo demum vitae tempore, et ab eo est interfectus, instinctu Laconum. Vid. Plut. et Nep.

Στρατων] Alexandrinus hic fuit, sed habitauit Aegii in Peloponneso, vbi Aegienses exstruxerunt porticum prope vrbem, in qua se ille exerceret. Vid. Paus. Eliac. c. 21. Archaic. c. 23.

ευ γενους ἡκων cet.] *quum nobilis esset et abundaret diuitiis*, s. *quum peruenisset ad nobilitatem et diuitias*. Genitiuus pendet ab επι, quod saepe etiam adponitur. Pro ευ reperitur πορρω cum Genitiuo, v. c. πορρω της ἡλικιας, *aetate valde* prouectum esse.

εν εργω τιθ.] Sic. c. 20. in. pro quo dicitur I, 26. τουτο εχειν εργον, it. VIII, 15 med. et εργον ειναι τινι, *opus esse a icui*, vt VIII, 2 med.

Digitized by Google

ἡμέρᾳ μιᾷ πάλην, καὶ παγκράτιον, καὶ τῇ ἑξῆς Ὀλυμπιάδι, καὶ ἐν Νεμέᾳ δὲ, καὶ Πυθοῖ, καὶ Ἰσθμοῖ.

Δημοκράτης ὁ παλαιστὴς καὶ αὐτὸς νοσήσας τοὺς πόδας, παριὼν εἰς τοὺς ἀγῶνας, καὶ στὰς ἐν τῷ σταδίῳ, περιγράφων ἑαυτῷ κύκλον, προσέταττε τοῖς ἀντιπαλαισταῖς ἔξω τῆς γραμμῆς αὐτὸν προέλκειν. οἱ δὲ ἡττῶντο ἀδυνατοῦντες. ὁ δὲ εὖ διαβὰς ἐν τῇ στάσει καὶ ἐγκρατῶς, στεφανούμενος ἀπῄει.

ΚΕΦ. ΙΣΤ'.

Παλαιῶν τινων ἰδιότητες.

Ἐὰν προσέχῃ τις Καλλίᾳ, φιλοπότην αὐτὸν ἐργάσεται ὁ Καλλίας· ἐὰν Ἰσμηνίᾳ, αὐλητήν· ἀλαζόνα, ἐὰν Ἀλκιβιάδῃ· ὀψοποιὸν, ἐὰν Κρωβύλῳ· δεινὸν εἰπεῖν, ἐὰν Δημοσθένει· στρατηγικὸν, ἐὰν Ἐπαμινώνδᾳ· μεγαλόφρονα, ἐὰν Ἀγησιλάῳ· καὶ χρηστὸν, ἐὰν Φωκίωνι· καὶ δίκαιον, ἐὰν Ἀριστείδῃ· καὶ σοφὸν, ἐὰν Σωκράτει.

ΚΕΦ.

τῇ ἑξῆς cet.] Haeret hic aliquid vitii, vel excidit aliquid, vt bene vidit Perizon. Meurs. lect. att. III, p. 28. vult επι τῃ ρ̅ο̅η̅ Ολυμπ. h. e. Olympiade CLXXVIII, qua Stratonem hunc pancratii et luctae vno die abstulisse coronam, testatur Paus. Eliac. sed vel sic sanata omnia esse non videntur.

Πυθοι, Ισθμοι] De hac forma Datiui vid. sup. ad II, 13 med.

διαβας] *quum bene constitisset in sua statione.* Adhibetur de militibus aut athletis, qui gradum ad pugnandum componunt, et pede protenso aduersarium excipiunt.

Καλλιᾳ] De Callia et Hipponico vid. Excurs. vlt.

Ισμηνιᾳ] Patria fuit Thisbaeus ex Boeotia et celeber plane tibicen. Lucian. adv. indoct. *tibias*, ait, *eum emisse Corinthi septem talentis*, it. Plut. symp. II, 1. Plin. XXXVII, 1. Plut. in *Pericle*.

Κρωβυλῳ] Fuit fortasse is sycophanta ille Atheniensis, qui Platoni obuius, quum Chabriam esset defensurus, Socraticam cicutam illi occentabat, vt refert Laert. in Plat. n. 24.

Digitized by Google

ΚΕΦ. ΙΖ'.

Πυθαγόρε θαυμάσια καὶ δόξαι.

Ἐδίδασκε Πυθαγόρας τὲς ἀνθρώπες, ὅτι κρειττόνων γεγένηται σπερμάτων, ἢ κατὰ τὴν Φύσιν τὴν θνητήν. τῆς γαὶρ αὐτῆς ἡμέρας ὤφθη καὶ κατὰ τὴν αὐτὴν ὥραν ἐν Μεταποντίῳ, φησὶ, καὶ ἐν Κρότωνι. καὶ ἐν Ὀλυμπίᾳ δὲ παρέφηνε χρυσῆν τὸν ἕτερον τῶν μηρῶν. καὶ Μυλλίαν δὲ τὸν Κροτωνιάτην ὑπέμνησεν, ὅτι Μίδας ὁ Γορδίε ἐσὶν ὁ Φρύξ. καὶ τὸν ἀετὸν δὲ τὸν λευκὸν κατέψησεν ὑπομείναντα αὐτόν. ἀλλὰ καὶ ὑπὸ τῷ Κόσα τῷ ποταμῷ διαβαίνων προσερρήθη, τῷ ποταμῷ εἰπόντος αὐτῷ, χαῖρε Πυθαγόρα.

Ἔλεγε δὲ ἱερώτατον εἶναι τὸ τῆς μαλάχης φύλλον. ἔλεγεν, ὅτι πάντων σοφώτατός ἐσιν ὁ ἀριθμός· δεύτερος,

Πυθαγορ.] De Pythagora vid. II, 26. not.

Μυλλιαν δ. τ. Κ.] Interpr. *Milonem Croton.* Vulg. tamen non displicet Scheffero, cum apud Laert. et Porphyr. καὶ Μυλλιαν τον Κροτ. ανεμνησε, ὅτι ην Μίδας ὁ Γ. Ipse Pythagoras reminiscì etiam potuit sc. per μετεμψυχωσιν, se fuisse Euphorbum Troiani belli tempore.

ὅτι Μίδας] scil. per metempsychosin, per quam Pythagoras erat Euphorbus. De Mida vid. sup. ad III, 18. et Hygin. fab. 191. 274.

ἱερωτατον — το της μαλαχης Φ.] Hinc inter symbola Pythagorae fuit μαλαχην μετα Φυτευε μεν, μη εδιε δε. Vbi notat Perizon. malvam, vt simpliciſſimum et antiquiſſimum hominum victum a Pythagora ſanctiſſimam fuiſſe iudicatam. Vnde et Plut. ſymp. p. 157. inter alia dixit *Deli in templum ferri malvam et ſimiles herbas* της αρωτης ὑπομνηματα τροφης και δειγματα, *monimenta et ſpecimina primi alimenti.* Quod autem Pythagoras malvam coli quidem, ſed non comedi voluit, eam in ordinem ciborum ſacrorum (των νομιζομενων ἱερων, vt ait Iamblich. I, 24.) retulit, quos ex vſu vulgari prorſus excludebat. Ceterum fere ſimiliter loquebatur de Gallo: αλεκ]τρυονα τρεΦε μεν, μη Θυε δε, vid. Iambl. II, ſymb. 18.

εκ παντων σοΦωτατος εσι cet.] Sluisk. ὅτι παντων σοΦωτατον ὁ αριθ., cui accedit Mediceus g. et quod etiam Periz. vnice verum

τερος, ὁ τοῖς πράγμασι τὰ ὀνόματα θέμενος. καὶ τὸν σεισμὸν ἐγενεαλόγει οὐδὲν ἄλλο εἶναι, ἢ σύνοδον τῶν τεθνεώτων. ἡ δὲ ἶρις, ἔφασκεν, ὡς ἡ γῆ τοῦ Νείλου ἐστί. καὶ ὁ πολλάκις ἐμπίπτων τοῖς ὠσὶν ἦχος, φωνὴ τῶν κρειττόνων. οὐχ οἷόν τε δὲ ἦν διαπορῆσαι ὑπέρ τινος αὐτῷ, ἢ τοῖς λεχθεῖσί τι προσερωτῆσαι, ἀλλ', ὡς χρησμῷ θείῳ, οὕτως οἱ τότε προσεῖχον τοῖς λεγομένοις ὑπ'

verum habet. Addictissimus fuit Pythagoras arithmeticae et geometriae, vid. Menag. ad Laert. in Pyth. n. 12. quas proinde disciplinas auditores eius discebant omnium primas, antequam rerum naturam indagarent, Gell. noct. Att. I, 9. Numeros enim per omnem rerum naturam esse dispersos, imo esse principium omnium rerum censebat.

συνοδον των τεθν.] Causas terrae motus ex sententia veterum exposuit Seneca nat. quaest. VI, 13. Pythagoras autem terrae motum praedixit aliquando, gustata ex puteo aqua, v. Iambl. I, 23.

ὡς ἡ γη του Νειλου] Ita et Msti, quod et Io. Kuhn. retinet. Nihilo minus tamen blanditur Perizonio vehementer aeque ac Scheffero coniectura Gesneri, legentis, ὡς αυγη του ἡλιου. Etsi maluerit Periz. ὡς αυγη του Νειλου, quum illa Gesneri non propria Pythagorae, sed communis ei fuerit sententia cum multis aliis philosophis; Noster autem hic nihil referat, nisi quod illi proprium est, et aliis fere paradoxum. Iac. Gron. vult ὡς ἡ πηγη του Νειλου εστιν. De Nilo autem multa fabulantur veteres mira et extraordinaria, quin ex altero eum orbe oriri credebant, vid. Mela I, 9.

των κρειττονων] Sunt h. l., mea sententia, *dii*, (sic et III, 1 med. το κρειττον *numen*,) quasi *potentiores*, quod κρειττων ap. Xen. M. S. III, 5, 12. significat, et omnino hac voce notatur quicumque in re aliqua excellit ceteris, v. c. Xen. Cyr. I, 4. §. 4. ἁ κρεισσων ηδη ην.

οὐχ' οἷον τε δε ην] *Non licebat, non poterat quisquam.* Sed non tantum impersonaliter, vbi saepissime vertitur *fieri potest*, vsurpatur, verum etiam personis ipsis tribuitur haec phrasis. v. c. Polyaen. I, 19, 2. οὐχ' οἷοι τε ησαν προβαινειν, *non poterant progredi.* Saepe etiam omittitur et τε et verbum ειμι, ita vt οἷος cum solo Infinitiuo compositum reperiatur, v. c. Xen. M. S. II, 1, 15. IX, 38. οἷος λυσιτελειν; reperitur etiam γενεσθαι pro ειναι cum οἷος, vt XI, 13 in. οἷον γενεσθαι βλεπειν οξυ, et XIV, 37. Ceterum de silentio Pythagorico et veneratione, qua eius discipuli illum prosequebantur, vid. ad II, 26. vid. etiam Gell. noct. A. I, 9.

Digitized by Google

ὑπ' αὐτῆ. ἐπιστρεφομένη δὲ τὰς πόλεις αὐτῆ, διέρρει λόγος, ὅτι Πυθαγόρας ἀφίκετο ὁ διδάξων, ἀλλ' ἰατρεύσων.

Προσέταττε δὲ ὁ αὐτὸς Πυθαγόρας καρδίας ἀπέχεσθαι, καὶ ἀλεκτρυόνος λευκῆ, καὶ τῶν Ἰνησεδίων παντὸς μᾶλλον, καὶ μὴ χρῆσθαι βαλανείῳ, μηδὲ βαδίζειν τὰς λεωφόρους. ἄδηλον γὰρ εἰ καθαιρεύσουσι καὶ αὐτὰ ἐκεῖνα.

ιατρευσων] Nam *medicinae* quoque peritus erat, vid. infr. ad IX, 22. vt et Laert. Pythag. 12. ibique Menag. Fortasse tamen haec potius ad animum a vitiis purgandum et sanandum referri possunt. Nam certe animum ille magis curabat, quam corpus.

καρδιας απεχεσθαι] Hoc praecipiebat etiam iis, quibus ceterequin permittebat quorumdam animalium esum. Illos enim corde tamen et cerebro abstinere iubebat, quia sint duces et sedes quaedam *sapientiae et vitae*, vt ait Iamblich. vid. Ouid. Met. II, 761. ff.

αλεκτρυονος λευκης] Abstinere volebat Pythagoras gallo, quia sacer est soli ac lunae, et quia declarat horas suo cantu, Laert. §. 34. ib. Menag. Vulgo antea legebatur *λευκης gallinae*, quod Periz. recte reiecit, Kuhn. vero retinet, quum veteres gallum pariter dixissent et gallinam *αλεκτρυονα*, quod et Schol. ad Arist. Nub. probauerit.

των Ἰνησεδιων] Iisdem et Iudaei et Romani abstinebant.

βαλανειῳ] Quotidie vtebantur lotionibus etiam Pythagorei, Iamblich. I, 21. Quid ergo? Publico balneo non vtebantur, quia incertum erat, an esset purum, nec ne. Christiani quoque balneis publicis fere abstinebant.

τας λεωφορους] sc. *ὁδους*. Vulgo *τους*. Iambl. I, 18. qui id ita exponit, vt significetur eo, vulgatem vitam, consuetudines, opiniones, relinquendas et amplectenda diuina, religiosa, arcana. Porphyr. de vita Pyth. autem simpliciter *δι' ἃ τους των πολλων ἐπεδας γνωμας ἐκωλυεν*. Vid. et Menag. ad Laert. Pyth. n. 17.

Digitized by Google

ΚΕΦ. ΙΗ'.

Περὶ αἰδοῦς καὶ τιμῆς τοῦ Διονυσίου πρὸς Πλάτωνα.

Ὅτε κατῆλθε Πλάτων ἐν Σικελίᾳ κλητὸς, πολλὰ ἐπὶ πολλοῖς ἐπισείλαντος τῷ Διονυσίῳ, καὶ ἀνήγαγεν αὐτὸν ἐπὶ τὸ ἅρμα ὁ νέος Διονύσιος, αὐτὸς μὲν ἡνιοχῶν, παραμβάτην δὲ ποιησάμενος τὸν Ἀρίστωνος. τότε δή φασι Συρακόσιον ἄνδρα, χαρίεντα, καὶ τῶν Ὁμήρου μὴ ἀπαίδευτον, ἡδέντα τῇ ὄψει ταύτῃ, ἐπιπεῖν τὰ ἐξ Ἰλιάδος ἐκεῖνα, παρατρέψαντα ὀλίγον·

Μέγα δ' ἔβραχε Φήγινος ἄξων
Βριθοσύνῃ, δεινὸν γὰρ ἄγε βροτὸν, ἄνδρα τ' ἄριστον.

Ὅτε

Εν Σικελίᾳ] pro εις Σικελιαν. Sic solent Attici, et maxime Thucydides v. c. VII, c. 17. αποστελλοντες ὁπλιτας εν τῃ Σικελιᾳ, missuri in Siciliam cet. Vid. plura exempla ap. Mor. V. rev. ad Xen. exp. Cyr. IV, 7, 12. Theocr. 25, 259. Hom. Il. α, 297. 593. β, 509.

πολλα επι πολλοις επισ.] quum alia super alia scriberet ad eum euocandum. Sic passim v. c. Xen. Cyr. III, 2, 30. το επιστελλειν, pro aliquid alicui per literas significare, mandare, promittere, v. c. infr. X, 20 in. Xen. hist. gr. III, 1, 1. οἱ δε εφοροι — τῳ ναυαρχῳ επεστελλον ὑπηρετειν τῳ Κυρῳ α τε δεοιτο, per literas significarunt, s. denunciarunt, vt Cyro ipsius operam non deesse pateretur ubicumque cet.

ἡνιοχων, παραμβατην] Similiter vid. Hom. Il. ψ, 132. παραμβατης est, qui sedet pugnaturus in curru, ab aliis agitato. Schol. ad Hom. Il. ψ, 132. παραμβατου, οἱ επι των ἁρματων συμπολεμουντες· τατ' εστι, κυριοι των ἁρματων. Vid. Zeun. ad Cyr. Xen. VII, 1, 29.

τοτε δη] Vulgo τοτε δε, sed minus recte; receptum vterque cod. confirmat.

χαριεντα] h. e. politum, elegantem. Sic Lucian. de m. peregr. circa fin. α μεν αν ιδοιμι τινα, ψιλα αν, ὡσπερ σοι, τα πραχθεντα, διηγεμην, προς δε τας βλακας, και προς την ακροασιν κεχηνοτας στραγγδαν. Vbi τῳ χαριεντι sapienti opponuntur stulti et hiantes ad quamlibet narrationem.

τα εξ Ιλιαδος] Hom. Il. ε, 839. δεινον γαρ αγεν θεον cet. intelligens Mineruam et Diomedem.

Digitized by Google

Ὅτι ὑπόπτης ὢν εἰς πάντας ὁ Διονύσιος, ὅμως εἰς Πλάτωνα τοσαύτην εἶχεν αἰδὼ, ὡς ἐκεῖνον μόνον εἰσιέναι πρὸς αὐτὸν μὴ ἐρευνώμενον, καίτοι Δίωνος αὐτὸν ἐπιστάμενος ἑταῖρον εἰς τὰ ἔσχατα εἶναι.

ΚΕΦ. ΙΘ'.

Ὅτι παιδείαν ἐτίμησε Φίλιππος, καὶ περὶ Ἀριστοτέλους.

Φίλιππος ὁ Μακεδὼν οὐ μόνον ἐλέγετο τὰ πολέμια εἶναι ἀγαθὸς, καὶ εἰπεῖν δεινός· ἀλλὰ καὶ παιδείαν ἀνδρειότατα ἐτίμα. Ἀριστοτέλει γοῦν χορηγήσας πλοῦτον ἀνενδεῆ, αἴτιος γέγονε πολλῆς καὶ ἄλλης πολυπειρίας, ἀτὰρ οὖν καὶ τῆς γνώσεως τῆς κατὰ τὰ ζῶα. καὶ τὴν ἱστορίαν αὐτῶν ὁ τοῦ Νικομάχου διὰ τὴν τοῦ

ὁ Διονυσιος] Non de Dionysio maiore, etsi etiam erat suspicax (vid. Plat. epist. 7. et Plut. Dion. p. 961.) sed de Dionysii filio hic agitur. Pater enim numquam vocauit Platonem in Siciliam, sed filius id fecit maximo studio et bis. Sed et quod hic dicitur, idem de filio ait Plut. p. 965. εξαιρετως δε παρα τῳ Διονυσιῳ πιστις (scil. ην τῳ Πλατωνι) ἡν ουδεις αλλος ειχεν, αδιερευνητον αυτῳ πλησιαζειν. Ergo et in initio επιστ. του Διονυσιου de filio est intelligendum.

Τα πολεμια ειναι αγ.] Lugd. ειναι τα πολ. αγ. Periz. illud ειναι saepius ita diuersis iactatum locis potius a librarii, quam auctoris manu esse putat. Sic c. 17. και τον σεισμον εγεν. ουδ. αλλο ειναι, vbi etiam ειναι diuersimode iactatur in Mstis.

χορηγησας] χορηγειν ap. Atticos scriptores dicitur proprie, qui suis sumtibus χορον comparat, instruit, omnibus rebus ornat, et in ee genere exerceri curat, in quo eum vult certare; vnde etiam omnino *sumtum praebere, administrare ad aliquid.* Sic χορηγια Luc. somn. c. 2 init. τεχνη — προχειρον εχουσα την χορηγιαν, *quae promtas suppetias* s. materiam laborandi *sufficit.*

την ἱστοριαν] *cognitionem* animalium; sic ἱστωρ, *vir prudens* et *sapiens*, v. c. Hes. εργ. 790. ἱστορα φωτα γεινασθαι. Apulei. de dogmat. Plat. *Sed ille* (Plato profectus est in Siciliam) *primo historiae gratia, vt naturam Aetnae intelligeret;* vbi *historia* reuera notat scientiam, vt etiam Casaub. exposuit.

Digitized by Google

Φιλίππε πεῖσαι ἐκαρτώσατο. καὶ Πτολεμαῖος δὲ ἐτίμησε, καὶ Θεόφραστον.

ΚΕΦ. Κ'.

Περὶ Δημοκρίτε, καὶ τῆς περὶ αὐτὸν, Θεοφράστε, Ἱπποκράτες, καὶ ἄλλων δόξης.

Δημόκριτον τὸν Ἀβδηρίτην λόγος ἔχει τά τε ἄλλα γενέσθαι σοφὸν, καὶ δὴ καὶ ἐπιθυμῆσαι λαθεῖν, καὶ ἐν ἔργῳ θέσθαι σφόδρα πάνυ τοῦτο. διὰ ταῦτά τοι καὶ πολλὴν ἐπῆλθε γῆν. ἦκεν οὖν καὶ πρὸς τὲς Χαλδαίες (καὶ) εἰς Βαβυλῶνα, καὶ πρὸς τὲς Μάγες, καὶ τὲς σοφιςὰς τῶν Ἰνδῶν. τὴν παρὰ τῦ Δαμασίππε τῦ πατρὸς οὐσίαν εἰς τρία μέρη νεμηθεῖσαν τοῖς ἀδελφοῖς (δὲ

τὴν τε Φιλ. περ.] Non displicet mihi Periz., cum Lugd. legens *διὰ τὴν τε Φιλίππε περ. per illas opes, quae a Philippo sunt erogatae.* Sic I, 22 in. VIII, 12 med. V, 9 in.

Θεόφραστον] De eo vid. ad II, 38 in. vixit quidem tempore Philippi, sed maxime floruit post eius et Alexandri mortem. Vnde Ptolemaeus et Cassander, qui post fata Alexandri, alter Aegyptum, alter Macedoniam tenuerunt, eum honoratisse dicuntur apud Laert.

Δημοκρίτον] De quo vid. sup. ad I, 23. lt. IV, 29 med. et not.

καὶ πρὸς τὲς Χαλδαίες κ. τ. Β. καὶ β.] Nihil hic mutant Mstl; recte tamen non dubitat Periz., quin delendum sit posterius καὶ. Nam Babylona profectus est, vt audiret *Chaldaeos*, sicut in Persidem, vt *magos*, in Indiam, *gymnosophistas*.

τὴν παρὰ τ. Δαμασ. τ. π. μοιραν — νεμηθεισαν] Est Accusatiuus absolutus, qui Graecis saepissime occurrit, v. c. II, 13. Pro Genitiuo *της — μοιρας — νεμεθεισης — τ' αργυριον* etc. *postquam patrimonium a Damasippo patre in tres partes tribus filiis erat diuisum, ipso Democritus sibi solam pecuniam numeratam sumsit* cet. Illud autem δ' αυτε cum Periz. prorsus putauerim ex glossa esse ortum ideoque reiiciendum; nam siue acceperis pro *patre*, abundabit, siue cum Kuhn. pro ipso Democrito, qui diuisorit patrimonium fratribus, siue cum Scheff. malueris τ. αδ. δ' αυτε, forent semper tres fratres praeter Democritum. Deleas ergo et habebis Sluisk. et Med. 3. codd. consentientes.

Digitized by Google

(δὲ αὐτῷ) τοῖς τρισὶ, τ' ἀργύριον μόνον λαβὼν ἐφόδιον τῆς ὁδῷ, τὰ λοιπὰ τοῖς ἀδελφοῖς εἴασε. διὰ ταῦτά τοι καὶ Θεόφραστος αὐτὸν ἐπῄνει, ὅτι περιῆει κρείττονα ἀγερμὸν ἀγείρων Μενελάῳ, καὶ Ὀδυσσέως. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ ἠλῶντο αὐτόχρημα Φοινίκων ἐμπόρων μηδὲν διαφέροντες. χρήματα γὰρ ἤθροιζον, καὶ τῆς περιόδου, καὶ τῷ περίπλῳ ταύτην ἔχον τὴν πρόφασιν. ὅτι δὲ Ἀβδηρίτην ἐκάλεν τὸν Δημόκριτον φιλοσοφίαν, τὸν δὲ Πρωταγόραν, λόγον.

Κατεγέλα δὲ πάντων ὁ Δημόκριτος, καὶ ἔλεγεν αὐτὸς μαίνεσθαι, ὅθεν καὶ Γελάσινον αὐτὸν ἐκάλεν οἱ πολῖται. λέγουσι δὲ οἱ αὐτοὶ τὸν Ἱπποκράτην περὶ τὴν πρώτην ἔντευξιν ὑπὲρ τοῦ Δημοκρίτου δόξαν λαβεῖν, ὡς μαινομένου· προϊόντος δὲ αὐτοῖς τῆς συνουσίας, εἰς ὑπερβολὴν θαυμάσαι τὸν ἄνδρα. Λέγουσι δὲ Δωριέα ὄντα τὸν

ἐκεῖνοι μὲν γὰρ cet.] Videtur haec hauſiſſe ex ſermone Neſtoris ap. Hom. Il. γ. v. 301. et Menelai ipſius δ, 90. Turpe enim ducebant Graeci, a Troia reuerſi, vacuos ſe redire a tam diutina expeditione, idcirco piraticae ſe dabant in reditu, vid. et Strab. III, pag. 150.

Φοινίκων ἐμπ.] Celebres hi fuerunt et primi ac praecipui ex oriente Graecis noti, propter illud mercaturae ſtudium, et frequentes ea de cauſa navigationes, vid. Hom. Od. ó, 414. cet.

τὸν Δημοκρίτου φιλοσοφίαν] Sic et Mſti. At Suidas, Clemens Alex. et alii σοφίαν, quod Scheff., probante Menag., praefert. Iuſtus etiam ipſam *ſapientiam* videri opponi *eruditioni*, putat Periz., niſi auctor maluerit φιλοσοφίαν et λόγον hic opponere eo ſenſu et modo, quo *philoſophi* et *ſophiſtae* diſtinguebantur, quorum illi veram ſectabantur ſapientiam et virtutem, hi diſputationes ac diſſertationes de omni re in omnem partem. De Protag. et Democrito vid. plura ſup. ad I, 23 fin. it. apud Plat. in *Protag.*, Laert. et Excurſ. de Sophiſtis.

Γελάσινον] Kuhn. ex Suid. et Martial. malit Γελασῖνον, quod firmatur a cod. Sluisk.

Δωριεῖς ὄντα] Nempe *Dorienſes*, qui relicti erant Megaris ab Heraclidis poſt tempora Codri, ſe receſſiſſe in varias colonias traduntur, Rhodum, Con, (vnde Hippocrates, vid. ſup. I, 29. not.) et vicina.

Digitized by Google

τὸν Ἱπποκράτην, ἀλλ' ἐν τὴν τῦ Δημοκρίτε χάριν, τῇ Ἰάδι φωνῇ συγγράψαι τὰ συγγράμματα.

ΚΕΦ. ΚΑ'.

Παιδικὰ Σωκράτες καὶ Πλάτωνος.

Ὅτι παιδικὰ ἐγένετο Σωκράτες μὲν Ἀλκιβιάδης, Πλάτωνος δὲ Δίων· ὁ μέν τοι Δίων καὶ ἀπώνητό τι τῦ ἔρωτος.

ΚΕΦ.

Ἱπποκράτην.] Celeberrimus medicus et adhuc verus pater perque ſcripta, quae exſtant, ſua, exemplar omnium, qui amant cupiuntque cognitionem medicae artis profundiorem, medicorum. Vixit tempore Democriti, ſui praeceptoris, et Darii Nothi, paullo ante Socratem. Vid. de hoc congreſſu Laert. in Democr. et epiſt. Hippocr., maxime eam, quae eſt ad Damagetum.

ἀλλ' ἐν τὴν τῦ Δημοκρ. χ.] Cod. Sluisk. ἀλλ' ἐν τὴν Δ. χ., quod Periz. verum eſſe putat, et Abr. Gron. cum Baſil. ed. edidit. Subintell. κατα. Hippocrates ſcilicet; etſi fuit Dorienſis, tamen Ionica vſus eſt dialecto *in gratiam Democriti*. Ἀλλ' ἐν vid. ſup. III, 32 in. et not.

Παιδικὰ ἐγ. Σωκρ.] Tota morum Socratis, praeceptorum vitaeque eius ratio, nec non ſilentium accuſatorum plane declarant honeſtatem caſtimoniamque amoris ac *ſtudii* Socratis in Alcibiadem aliosque pulcros adoleſcentes. Ipſaque Xanthippe, moroſiſſima Socratis mulier, eius amores ſuſpectos habuiſſe viſa (ſi vera ſunt infra XI, 12. adlata) nihil in Socratem probat, plura Lucian. *in vitar. auct.* ac praecipue Xen. in M. S. paſſim in rem illorum amorum attulerunt. Vid. et Exc. de Socr.

ἀπώνητο] Manifeſta hic eſt oppoſitio inter Alcibiadem et Dionem. Ille enim nihil profecit ad frugem, ſed deſciſcens a Socrate, (v. cap. 15.) et eius diſciplinis, ὑβρίσης euaſit. At Dion ex Platonis inſtitutione et conſuetudine multo melior factus eſt vir, moresque ſuos ad virtutem compoſuit. En ergo, qualis fuerit et hic amor! Vid. Plut. et Nep. *Dion.* Cic. Off. I, 45. et maxime epiſtol. Plat. ad Dionis propinquos.

Digitized by Google

ΚΕΦ. ΚΒ'.

Περὶ Ἀθηναίων ἁβροσύνης.

Οἱ πάλαι Ἀθηναῖοι ἁλουργῇ μὲν ἠμπείχοντο ἱμάτια, ποικίλους δὲ ἐνέδυνον χιτῶνας· κορύμβους δὲ ἀναδούμενοι τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ τριχῶν, χρυσοῦς ἐνείροντες

Οἱ παλαι cet.] Hausta haec sunt ab Athenaeo XII, c. 1. qui eadem, sed copiosius refert ex Heraclidis Pont. lib. de voluptate. Diod. quoque in exc. VI. et Thuc. I, c. 6. luxuriam et mollitiem, etsi non tantam, quantam Noster, priscis Athenienſibus tribuit. Nequaquam tamen verisimile putat Periz., illos ante Marathoniam pugnam tanta iam luxuria communiter in vestitu vsos, quum post eam demum per bella Persica inclaruerint, ac florere coeperint opibus et commerciis. Fuerint, credit ergo, sane exempla quaedam iam tunc talis luxuriae edita, sed neutiquam illa adeo vulgata. Idem putat Periz. de philosophis quibusdam (infr. XII, 32.) qui purpureis fuerint vestibus vsi; vid. Ferrar. de re vestiaria, part. II, lib. IV, c. 14.

ενεδυνον] recte; sed nec male Athen. ὑπεδυνον, quod et retinuit illum citans Eust. Ἱματιον enim induebatur super χιτωνα.

κορυμβους] Hesych. καθολου παντα τα μεθεωρα, και εις ὑψος ανατεινοντα κορυμβους λεγουσι, omne excelsum, hinc et κορυμβον explicat την ακροπολιν. Dicebantur sic etiam *aplustria nauium*. Sic Dionys. Hal. IX, p. 429. pro *colle*. Vnde ponitur tandem etiam pro *ornamento*, *quod supra caput eminet*, atque idem est, quod κρωβυλος; ideo Eust. sup. d. l. deriuat a καρα *caput*, vnde κορυς *galea* et κορυμβος. Grammatici vero distingunt κρωβυλον et κορυμβον, vt illum tribuant viris, hunc feminis. Hoc autem posterius de viris quoque adhiberi, manifestum est ex Suida. Magis tamen inualuit de viris κρωβυλου nomen apud Atticos, teste Polluce. Erat autem sec. Hesych. κορυμβος s. κρωβ., εμπλοκη ανηνεγμενη απο μεσου του μετωπου επι την κορυφην, *complicatio capilli subducta a media fronte in verticem*. Schol. ad Thuc. I, c. 6. Κρωβυλος εστιν ειδος πλεγματος των τριχων, απο ἑκατερων εις οξυ αποληγον. Vnde Xenophon ap. Suid. galeis quoque tribuit κρωβυλον, eumque εγγυτατω τιαροειδη, h. e. *proxime accedentem ad figuram tiarae*. Ex Eust. ad Il. λ, p. 791. adparet, κρωβυλον fuisse *insigne nobilium et ingenuorum ciuium*.

χρυσους ενειροντας — τεττιγας] Gestabant has *cicadas aureas*, tamquam fibulas circa fron-

αὐτοῖς τέττιγας, καὶ κόσμον ἄλλον πρόθετον περιαπτόμενοι χρυσοῦ, προῆσαν. καὶ ὀκλαδίας αὐτοῖς δίφρους οἱ παῖδες ὑπέφερον, ἵνα μὴ καθίζωσιν ἐαυτοὺς εἰκῆ, καὶ ὡς ἔτυχε. δῆλον δὲ ὅτι καὶ ἡ τράπεζα ἦν αὐτοῖς, καὶ ἡ λοιπὴ δίαιτα ἁβροτέρα. τοιοῦτοι δὲ ὄντες τὴν ἐν Μαραθῶνι μάχην ἐνίκησαν.

ΚΕΦ.

frontem et capillos, vt eos conſtringant, Athen. XII. Virg. Ciri v. 127. de capillo Niſi:

Aurea ſolemni comtum quem fibula ritu
Cecropiae teneri nectebat dente cicadae.

Schol. ad Ariſt. Nub. III, 3. duplicem iſtius moris dedit rationem: nempe quod cicadae, quum ſint μουσικαί, cantandi peritae, conſecratae fuerint Apollini, is autem deus ſit vrbi patrius, vel quod Athenienſes fuerint αὐτοχθονες, aeque ac cicadae. Addit autem habuiſſe eas in crinibus antiquiſſimos Athenienſium. Hinc priſca et obſoleta ibidem eleganter vocat Ariſtoph. ἀρχαῖα γε καὶ διὶπολιώδη καὶ τεττιγῶν ἀναμεστα. Et in equitt. 5, 1. hominem antiquae grauitatis dicit ὁρᾶν τεττιγοφορον. Sed et ſenes, vel certe adulti ita e ornabant, vid. Luc. in navig. init.

ὀκλαδίας δίφρους] Sellae ferant plicatiles ab ὀκλάδαι, ſe flectere, vt modo tendi, modo relaxari poſſent, vt ait Schol., et humiles, vt adeo facile portari vsquequaque potuerint a pediſequis, quorum cum magná multitudine prodibant iſtic opulentiores eosque in omnes adhibebant vſus. Et ſicut viri inter eos habebant, qui circumferrent ſibi ſellas, ſic feminae habebant ſuas *ſtabelliferas* et *ſandaligerulas;* Plaut. Trin. II, 1, 22. Sic prodibat Thais ap. Terent. Eun. et Bacchis in Heaut.

εἰκῆ, καὶ ὡς ἔτυχε] Similiter conſtructas has voces vid. infr. VII, 19 fin. Verbum τυγχανειν fere ſignificat caſum fortuitum, vt lat. *cumque;* tunc conſtruitur cum Particulis ὡς, ὅστις, ὅπως, ὁπόθεν, ὅποι, ὅπως, aliisque. Hinc fit, vt notet ſaepiſſime aliquid *vile*, ac *triſtum*, vel *negligentiam* et *incuriam*. Sic coniunctum vides infr. XII, 44 fin. cum λιτως *ſimpliciter*, *ſine ornatu*. Eodem modo Participium οἱ τυχοντες, Xen. M. S. III, 9 et 10. *plebem* et τα τυχοντα *mediocria*, viliaque interdum ſignificat; item Demoſth. falſ. leg. pag. 415. οἱ τυχοντες ἀνθρωποι, *homines plebeii, de infima plebe.*

Digitized by Google

ΚΕΦ. ΚΓ'.

Περί τινων ἀσώτων.

Ὅτι Περικλέα, καὶ Καλλίαν τὸν Ἱππονίκου, καὶ Νικίαν τὸν Περγασῆθεν, τὸ ἀσωτεύεσθαι καὶ ὁ πρὸς ἡδονὴν βίος εἰς ἀπορίαν περιέστησεν· ἐπεὶ γὰρ ἐπέλιπε τὰ χρήματα αὐτοὺς, οἱ τρεῖς κώνειον, τελευταίαν πρόποσιν,

Ὅτι Περικλέα cet.] Vel ex hoc capite probari poteſt liquido, auctorem noſtrum Athenaeo eſſe poſteriorem, ſiquidem in iis, quae hic tradit, non tantum ſequitur Athenaeum, ſed et, dum eum incurioſe ſequitur, vitio memoriae ſe praecipitat in errores maximos. Etenim memorat Athen. XII, c. 8. inter luxurioſos etiam Periclem (Plut. autem Periclem fuiſſe temperantem et frugalem cetera in vita, ait, ſed tamen amores Aſpaſiae non praeterit). Sequitur deinde apud Athenaeum proximo capite mentio Calliae et Niciae, aeque vt hic ſibi inuicem iuncta, et poſt vitam Calliae expoſitam de Nicia addit *diuitias eius* et *Iſchomachi conſumſiſſe ipſos cum duobus amicis, eosque ita coniunctos vixiſſe, omnia poſthabentes voluptati; tandem vero, poſtquam omnia abſumſerant, prodidiſſe etiam vitam, sicutam pariter bibentes.* Liquet clariſſime, auctorem haec ſumſiſſe ex Athenaeo; inprimis autem ex errore, in his commiſſo, cuius nulla poteſt dari alia cauſa, niſi haec, quod memoria illi parum fideliter ſuggeſſerit, quae apud Athenaeum legerat de horum trium prodiga vita. Quod enim iſtic de *Niciae amicis* legerat, transtulit prorſus, memoriae culpa etiam ad *Calliam* et *Periclem*; quum Pericles in maxima diguitate, ſcil. στρατηγὸς, et ex peſtilentia mortuus ſit, vid. ſupra ad II, 13 med.; de Calliae autem morte v. Excurſ.

τὸν Περγασῆθεν] *Pergaſe* erat δῆμος tribus Erechtheidis. Solent autem Athenienſes vel a patris, vel a δήμου nomine deſcribi. Sic Θουκυδίδης ὁ Ἀλωπεκῆθεν apud Plut. in *Pericle*. Κοῦων Μενεκράτους Κολωνῆθεν. Vid. ſupr. IV, 13. not. Hic autem *Nicias* longe alius fuit atque illuſtris ille dux Athenienſium in Sicilia.

ἐπέλιπε χρ. αὐτοὺς] Sic Sluisk. Med. 3., cum quibus Scheff., Thom. Magiſter et Abr. Gron. faciunt, et recte, vulgo αὐτοῖς, quod Io. Kuhn. defendendum putat.

Digitized by Google

σιν, ἀλλήλοις προπίοντες, ὥσπερεῖν ἐκ συμποσίου ἀνέλυσαν.

ΚΕΦ. ΚΔ'.

Πῶς ἂν ἡ Φιλία διαμένοι μάλιστα.

Λεωπρεπὴς ὁ Κεῖος, ὁ τοῦ Σιμωνίδου πατὴρ, ἔτυχέ ποτε ἐν παλαίστρᾳ καθήμενος, εἶτα μειράκια πρὸς ἀλλήλους εἰκαίως διακείμενα ἤρετο τὸν ἄνδρα, πῶς ἂν αὐτοῖς ἡ Φιλία διαμένοι μάλιστα; ὁ δὲ ἔφη· ἐὰν ταῖς ἀλλήλων ὀργαῖς ἐξίσασθε, καὶ μὴ ὁμόσε χωροῦντες τῷ θυμῷ, εἶτα παροξύνητε ἀλλήλους κατ' ἀλλήλων.

ΚΕΦ.

προπίοντες] Προπίνειν pr. dicitur is, qui vinum, quod in phiala eſt, extremis delibat labris, idque alii, honoris gratia, dat ebibendum.

ἀνελύσαν] Vſurpatur, vt lat. *decedere* abſolute pro *mori*, et quaſi decedere de hac terra et ſtatione mortali, ſic ἀνύλυσαν, quaſi *discedere e medio*. Ratio ſignificationis eſt, quod ἀνύλυσαν notat generatim *ſolvere aliquid*, quod prius ligatum fuerat, et dein *abire*, quoniam qui discedit alicunde, quo prius venerat, ſoluit equum, vt eo iterum auehatur. Contraria his ſunt, vt κατάγεσθαι, vnde καταγωγὴ pro *deuerſorio* et *ſtatione nauium*, ita et κατάλυσις ſupra I, 32. et infr. XIV, 14. vnde κατάλυσις pro *hoſpitio* ſ. *tentorio*. Phraſin autem hanc ſumtam potiſſimum ab equis, liquet ex illuſtri loco Hom. Od. ∂, 21. Ex hoc noſtro loco adparet, locum Pauli ad Phil. 1, 23. falſo reddi *diſſolui*, vt et 2 Tim. 4, 6. ἀνάλυσις *reſolutio*, quod Beza et Caſtalio melius *reuertendi* ſenſu expoſuerunt.

Λεωπρεπὴς] Hinc paſſim Σιμωνίδης ὁ Λεωπρεπέως. De Simonide vid. ſupr. ad cap. 15.

ἐν παλαίστρᾳ] Solebant et in gymnaſiis otioſi homines ſedere, et exercentes ephebos ſpectare ac dein confabulari.

ταῖς ὀργαῖς ἐξίσασθε] *iram mutuo conceptam obliuiſci*, vt Xen. Cyr. III, 3. τῶν παλαιῶν μαθημάτων ἐξίστασθαι.

Digitized by Google

ΚΕΦ. ΚΕ'.

Περὶ Θρασύλλου παραδόξου μανίας.

Θράσυλλος ὁ Αἰξωνεὺς παράδοξον καὶ καινὴν ἐνόσησε μανίαν. ἀπολιπὼν γὰρ τὸ ἄστυ, καὶ κατελθὼν εἰς τὸν Πειραιᾶ, καὶ ἐνταῦθα οἰκῶν, τὰ πλοῖα τὰ καταίροντα ἐν αὐτῷ πάντα ἑαυτοῦ ἐνόμιζεν εἶναι, καὶ ἀπεγράφετο αὐτὰ, καὶ αὖ πάλιν ἐξέπεμπε. καὶ τοῖς περισωζομένοις, καὶ εἰσιοῦσιν εἰς τὸν λιμένα ὑπερέχαιρε. χρόνους δὲ διετέλεσε πολλοὺς συνοικῶν τῷ ἀῤῥωστήματι τούτῳ. ἐκ Σικελίας δὲ ἀναχθεὶς ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, παρέδωκεν αὐτὸν ἰατρῷ ἰάσασθαι, καὶ ἐπαύσατο τῆς νόσου οὕτως. ἐμέμνητο δὲ πολλάκις τῆς ἐν μανίᾳ διατριβῆς, καὶ ἔλεγε μηδέποτε ἡσθῆναι τοσοῦτον, ὅσον τότε ἥδετο ἐπὶ ταῖς μηδὲν αὐτῷ προσηκούσαις ναυσὶν ἀποσωζομέναις.

ΚΕΦ.

Θρασυλλος] Athen. XII, extr. Θρασυλαον vocat. Vtraque forma in multis nominibus est vsitata. Sic Charillus et Charilaus, rex Lacedaemoniorum. Vid. sup. I, 27. — Αιξωνευς, qui est ex pago s. populo, sic dicto, tribus Cecropidis.

απεγραφετο cet.] *Referebat in rationes suas, in libellum sui census.* Haec verbi illius significatio, quam hic vides actiuam, passiuo sensu occurrit v. c. Dion. Halic. IV, p. 215. Ev. Luc. 2, 1. εξηλθε δογμα παρα Καισαρος απογραφεσθαι πασαν την οικουμενην, *vt singuli homines, nomen suum profitentes, referantur in publicas tabulas.* Arist. Pol. IV, 13. vbi το απογραφεσθαι et απογραψασθαι eodem sensu passiuo accipitur. Apud Athenienses autem, quicumque ciues ad idoneam pervenerant aetatem, *scribebantur* et *referebantur in aliquam tribum et curiam;* vnde ib. III, 1. simpliciter ii vocantur εγγεγραμμενοι. Sic etiam απογραφη de censu bonorum αποτιμησεως ουσιων, sicut etiam de qualicumque relatione in tabulas et saepe ipsorum tantum hominum dicitur, vt Luc. d. l.

ὑπερεχαιρε] Codd. Med. 3. Sluisk. ὑπεχαιρε.

της νοσου ουτως] Vterque cod. ουτος. Sic restituit Periz. II, 41 med. ειτα εβουληθη σοφισασθαι το λογιον εκεινος; ex iisdem codd. εκεινος pro εκεινο.

Digitized by Google

ΚΕΦ. ΚΣΤ.

Περὶ Ἡλέκτρας.

Στησίχορος, ὁ ποιητὴς τῶν μελῶν, ἐγένετο δὲ οὗτος πρεσβευτὴς Στησιχόρᾳ τῷ Ἱμεραίᾳ, λέγει τὴν Ἠλέκτραν

Ὁ ποιητὴς τῶν μελῶν] Non temere hoc additum, quia fuit et historiarum scriptor illius nominis, patria Lydus. Ceterum ex hoc poeta melico multa hausisse Stesichorum, ait Athen. XII, 1. Atque ideo antiquum sane oportet fuisse, siquidem Stesichoro fuit antiquior, qui temporibus Cyri, Croesi et Phalaridis vixit. Μέλη autem sunt carmina, quae cantabantur, vel simpliciter cantica, atque ideo, quia inter eius generis carmina praecipua erant lyrica, hinc *melici poetae*, s. ποιηταὶ τῶν μελῶν, vulgo accipiuntur pro lyricis. Sed tamen non tantum, quae ad lyram cantabantur, erant μέλη, verum etiam, quae ad tibias; sic μέλη βουκολικὰ infr. X, 18 med. de carmine bucolico. Hinc ergo distinguebantur, vt dicerentur κιθαρῳδικὰ μέλη, πυρριχικὰ μέλη cet. Vid. sup. ad III, 8. Sed et cuiuscumque generis carmina, quia μελῳδίαν habebant, μέλη quoque adpellabantur, vt docuit Casaub. ad Athen. XIV, 8. Praecipue eo vocabulo absolute posito, vt hic fit, intelliguntur lyrica et bucolica ad lyram, aut tibiam cantari solita. Et solebant talia iidem poetae componere; certe Stesichorus non lyrica tantum, sed et bucolica condidit, vid. infr. X, 18 fin.

ἐγένετο — Ἱμεραίᾳ] Est parenthesis, quae per Particulam δὲ denotatur; vid. infr. ad VI, 12 med. Eodem modo etiam Latini Particulam *autem* adhibent, v. c. Nep. Milt. extr. *Omnes autem et habentur et dicuntur tyranni, qui* etc.

πρεσβευτὴς] est, opinor, mutandum in πρεσβύτερος, quod reperies in Athen. XII, 1. quo Noster in hisce capitibus multum vsus est. Idem voluerunt Casaub., Fab., Scheff. et Periz.; neque significatio πρεσβευτὴς pro πρεσβύτερος vllis est probata exemplis. Mihi tamen nil mutant.

Στησιχόρᾳ τῷ Ἱμεραίᾳ] celeber ille fuit poeta, vid. infr. X, 18. *Constituit*, Suida docente, *primus chorum citharoedicum*, κιθαρῳδίας χορὸν ἔστησε πρῶτος, inde etiam nomen poetae ortum, quum antea *Tisias* esset dictus. *Himera* fuit vrbs Siciliae. Dictus ab Stesichoro etiam est certus talorum iactus, vt docet Eustath. ad Il. ψ, p. 1398. ed. Bas. *dicebatur in his iactibus etiam quidam Stesichorus, qui scilicet octo designat, quia sepulcrum illius melici poetae in Himera Siciliae octo angulis constabat.*

τὴν Ἠλέκτραν τοῦ Ἀγαμ.] Homerus certe eam non *Electram*, sed

κτραν τοῦ Ἀγαμέμνονος οὐ τοῦτο ἔχειν τοὔνομα πρῶτον, ἀλλὰ Λαοδίκην. ἐπεὶ δὲ Ἀγαμέμνων ἀνῃρέθη, τὴν δὲ Κλυταιμνήστραν ὁ Αἴγισθος ἔγημε, καὶ ἐβασίλευσεν, ἄλεκτρον οὖσαν, καὶ καταγηρῶσαν παρθένον, Ἀργεῖοι Ἠλέκτραν ἐκάλεσαν, διὰ τὸ ἀμοιρεῖν ἀνδρὸς, καὶ μὴ πεπειρᾶσθαι λέκτρου.

ΚΕΦ. ΚΖ'.

Περὶ Παμφαοῦς δώρου καὶ Διοτίμου.

Ὅτι Παμφαὴς ὁ Πριηνεὺς Κροίσῳ τῷ Λυδῷ, τοῦ πατρὸς αὐτοῦ περιόντος, τριάκοντα μνᾶς ἐδωρήσατο. παραλαβὼν δὲ τὴν ἀρχὴν, μεστὴν ἅμαξαν ἀργυρίου ἀπέπεμψεν αὐτῷ.

Ὅτι

sed *Laodicen* adpellauit Il. *ι*, 145.

ὁ Αιγισθος] Vid. not. ad II, 11.

καταγηρωσαν παρθενον] Nupsit tamen Pyladae et ex eo genuit duos filios, v. Pauſ. Cor. 16. et Hyg. f. 122. Neutiquam ergo adeo vetula fuit virgo. Quapropter, et quia *Electra* vſitatum fuit feminarum illuſtrium in Graecia nomen, imo et plures occurrunt viri, inter quos Alcmenae pater, qui Ηλεκτρυων ſunt dicti, putat ergo Periz., aliam fuiſſe iſtius nominis cauſam et ſignificationem. Nempe ηλεκτωρ ſignificauit *ſolem*, vid. Hom. Il. *γ*. de Achille, ib. Euſtath. p. 1259. vt Heſych. et Suid.. Id vero ab ἥλιος forſan, vel ab eo ipſo, vt illud ηλιος, vel potius ab hoc ipſo λεκτρον, *lectus*, quia ſol numquam quieſcit. Ceterum ab illo ηλεκτωρ deriuari poſſe videtur ηλεκτρον, *electrum*, ita dictum ob fulgorem ſoli paene ſimilem. Sed et hinc αλεκτωρ et αλεκτρυων, *gallus*, qui ſolis ortum primus denunciauit. Inde illa nomina propria, vel vigilantiam, vel ſplendorem denotant.

Πριηνευς] *Priene* erat vrbs Ioniae apud Miletum.

τριακοντα μνας] facit 450 imperiales, exigua ſumma, inprimis ſi conſideremus, maximo deſideratam opere, et adhibitam ad conducendos milites, vt docet Nic. Damaſc. VII, qui χιλιους ϛατηρας Croeſo donatos refert, eosque aureos, vt ex ſeqq. liquet, quorum quisque valuit 20 drachmas argenteas, ita mille ſtateres aurei facient non $\bar{\lambda}$, 30, ſed $\bar{\sigma}$, 200 μνας, i. e. 3000 imperiales.

Digitized by Google

Ὅτι Διογένης λαβὼν παρὰ Διοτίμου τοῦ Καρυστίου νόμισμα ὀλίγον, ἔφη·

Σοὶ δὲ θεοὶ τόσα δοῖεν, ὅσα φρεσὶ σῇσι μενοινᾷς,
Ἄνδρες τε, καὶ οἶκον.

ἐδόκει δέ πως ὁ Διότιμος μαλθακώτερος εἶναι.

ΚΕΦ. ΚΗ'.

Ὅτι ὁ Φερεκύδης φθειρίασιν ἐπαθεν διὰ ἀθεότητα.

Φερεκύδης ὁ Σύριος τὸν βίον ἀλγεινότατον ἀνθρώπων κατέτρεψε, τοῦ παντὸς αὐτῷ σώματος ὑπὸ τῶν φθει-ρῶν

Καρυστίου] *Caryſtius* vrbs fuit Euboeae.

σοὶ δὲ θεοὶ τόσα δοῖεν] Homerica haec ſunt ex Od. ζ, 180. Coniunguntur autem *ἄνδρα τε καὶ οἶκον*, quia domus vel maxime ratio habebatur in matrimonio; hinc lat. *domum ducere*; vid. et Terent. Andr. V, 3, 30. *domus, vxor, liberi, Inuenti inuito patre.* Hinc iam *ἀοίκους* Graecis, qui vxorem non habebant, v. c. Heſ. *ἐργ.* 602. Kuhn. V. cl. vero putat *οἶκον* hic non de familia, vt in Homero, accipiendum, ſed per *τὸ ἀνδρεῖον* Diotimi mollitiem (vid. ſup. II, 41. et not.) ita per *τὸ οἶκον* eiusdem auaritiam reprehendere Diogenem; ſenſum ergo ita eſſe: *dii tibi concedant, quaecumque cupis, animum ſcil. magis virilem*, ne mollitie tantopere frangaris *et ampliorem rem familiarem*, vt Diogeni plura poſſis donare. Cui explicationi et ego adſentio.

Φερεκύδης] Antiquiſſimus hic fuit philoſophus, vel potius ſophus ſeu ſapiens, vt tunc dicebantur, aequalis Thaleti et Cyro, Pittaci auditor ac praeceptor Pythagorae, primus omnium, vt tradunt Graeci, (Plin. VII, 56.) qui proſa ſcripſerit diſſertationes, ſicut dein Hecataeus primus hiſtorias. Oriundus fuit non ex Syria, ſed ex inſula Syro, in mari Aegeo inter Cycladas. Errauit ergo Auguſtin. ep. ad Voluſ., qui eum Aſſyrium dixit. Ceterum alium etiam adferunt Pherecydem Athenienſem, ille ſeniorem, vid. Menag. ad Diog. *Pherec.*

ὑπὸ τῶν φθειρῶν] Plin. H. nat. VII, 51. interfectus eſt *copia ſerpentum.* Serpens enim eſt nomen omnium, quae ſerpunt,

Digitized by Google

ρῶν ἀναλωθέντος, καὶ γενομένης αἰσχρᾶς αὐτῷ τῆς ὄψεως, τὴν ἐκ τῶν συνήθων ἐξέκλινε συγγνώμην. ὅπότε δέ τις προσελθὼν ἐπυνθάνετο, ὅπως διάγοι; διὰ τῆς ὀπῆς τῆς κατὰ τὴν θύραν διείρας τὸν δάκτυλον, ψιλὸν γεγονότα τῆς σαρκὸς, ἐπέλεγεν ἔτω διακεῖσθαι καὶ τὸ πᾶν αὐτῷ σῶμα. λέγουσι δὲ Δηλίων παῖδες, τὸν θεὸν τὸν ἐν Δήλῳ, μηνίσαντα αὐτῷ, τοῦτο ποιῆσαι. καθήμενον γὰρ ἐν Δήλῳ μετὰ τῶν μαθητῶν, ἄλλα τε πολλὰ, φασὶ, περὶ τῆς ἑαυτοῦ σοφίας εἰπεῖν, καὶ δὴ καὶ τοῦτο, μηδενὶ τῶν θεῶν θῦσαι, καὶ ὅμως ἡδὺν ἦτλον ἡδέ-

ως

punt, animalium generale. Ceterum alii etiam aliter eum esse mortuum adferunt, v. Diog. Laert. ei. vit. f. 118. ib. Menag. Phthiriasin tamen dicunt et Aristot. h. anim. V, 31. et Plut. in *Sylla*.

ὅπως διάγοι] Sic vterque cod.; solet etiam haec forma ita adhiberi. Simil. et Laert. in Pherec. segm. 118. πυνθανομένῳ, πῶς διακεῖσθαι.

τὸν θεὸν τὸν ἐν Δήλῳ] scil. *Apollinem*.

μηδενὶ τῶν θεῶν θῦσαι cet.] Impii et ἄθεος dictum videtur; nihilo tamen minus Pherecydes a nullo auctore inter ἄθεους refertur; quin θεολόγος cognominatur apud Plut. et Laert. ob librum, quem scripsit, θεολογίαν dictum, in quo omnium rerum initia refert ad deum, qui condiderit coelum et terram et mare. Quare Periz. hic agnoscit verum praeceptorem Pythagorae, qui praecipua quaeque philosophiae suae ab illo hausit, et inter ea etiam μετεμψυχώσεως doctrinam, quare Cic. Tusc. I, 16. *Pherecydes primum dixit animos hominum esse sempiternos*, scil. per μετεμψύχωσιν; vid. et Hesych. Plin. h. nat. VII, c. 51. Apulei. Flor. II, p. 341. Ex ea vero doctrina sequebatur sec. Pythagoram, ne occiderentur aut diis offerrentur animalia, sed vt ils potius darentur placentae, thus et similia, et tamen tantum abest, vt negauerit prouidentiam religionemque. Pythagoras, vt dicatur docuisse ἀμείνονα ταυτομένους κείνης. Non reiecisse ergo Pherecydes omnia videtur sacra, sed ea tantum, quibus mactabantur animalia, vnde mox ἑκατόμβας memorat, atque adeo voluisse homines suo exemplo reuocare ad antiqui moris sacrificia, quae consistebant tantum in suffitu et terrae donis, vnde (scil. a θύειν thus,) etiam vox θυσία orta, deinde vero

Aelian.

Digitized by Google

ως βεβωκέναι, καὶ ἀλύπως, ἐ μέσον τῶν ἑκατόμβας παταθυόντων. ὑπὲρ ταύτης ἐν τῇ κεφολογίας βαρυτάτην ζημίαν ἐξέτισεν.

ΚΕΦ. ΚΘ'.

Περὶ Ἀλεξάνδρε γελοίου.

Οὐ γὰρ δὴ δύναμαι πείθειν ἐμαυτὸν, μὴ γελᾶν ἐπ' Ἀλεξάνδρῳ τῷ Φιλίππε, ἔργε ἀπείρες ἀκόων εἶναί τινας κόσμες, λέγοντος Δημοκρίτε ἐν τοῖς συγγράμμασιν, ὅδε ἠνιᾶτο, μηδὲ τὲ ἑνὸς καὶ κοινὲ κρατῶν. πόσον

translata sit ad alia sacra. Illud tamen Pherecydis Delii interpretabantur impie factum, maxime, quum iliae hecatombae forsan Deliis vtiles essent. Ceterum Diog. Laert. seg. 116. πολλὰ δὲ, ait, καὶ θαυμασιὰ λεγεται περὶ αὐτε, eumque multa praedixisse. Nec mirum, quum omnia vel dicta vel facta, vires vsitatas excedentia, vndecumque oriantur, diuini aliquid prodere homini videantur inculto.

Ἀπείρες] *innumerabiles*, vt liquet ex oppositione μηδὲ τὲ ἑνὸς. Sic et in Plut. de defect. orac. et Hesiod. ἀσπ. 472. λαοὶ ἀπείρων θαμὰ τε. Faciebat autem Democritus mundos ἀπείρες καὶ γενητὰς, καὶ φθαρτὰς; *qui generentur et pereant*, vid. Cic. Fin. I, 6. Nat. deor. I, 24. Nempe infinitos ille numero statuebat atomos, quorum concursu fortuito et motu instabili oriri censebat et mutari continuo isthaec mundorum systemata. Quam sententiam, vt et alia multa a Democrito recepit Epicurus, vid. supr. ad II, 31. Plura de Democr. vid. ad I, 23.

τὲ ἑνὸς καὶ κοινὲ] τὸ τὲ ἑνὸς oppositum est praecedenti ἀπείρες, et τὸ τὲ κοινὲ illi τινας, quod *incognitos* esse nobis illos innumerabiles mundos, illud autem κοινὲ notat *cognitum*; ea enim est vis vocabuli. Sic Dionys. Hal. ep. ad Pomp. de Plat. et eius stylo, τὸν κοινότητα δίωκε τῶν ὀνομάτων, *nota omnibus vocabula sectatur*. De Alex. haec vid. apud Val. Max. VIII, 15. et adludit Iuv. X, 168.

Digitized by Google

τον δὲ ἐπ' αὐτῷ Δημόκριτος ἐγέλασε καὶ αὐτὸς, τί δεῖ καὶ λέγειν, ᾧ ἔργον τοῦτο ἦν.

ποσον δε — τουτο ην] *quantopere ipse Democritus eum derisurus fuisset, cur dicam? quippe qui* (scil. Democritus) *in ea re versatus erat*, seu *eius peritus.*

εγελασε] *derisurus fuisset.* Solet enim eo etiam modo et sensu poni id Tempus, v. c. IX, 24 med. ὑτος αν κατεκλιθη *ille recubuisset.* Fere adponitur αν, vt l. c. et XIV, 47 med., quod hic omissum est; it. Luc. dial. Iun. et Lat. I, p. 244. — ὁν αν Μαρσυας — απεδερεν αν, *cui Marsyas — cutem detraxisset*; it. Matth. 24, 43. Interdum tamen et inprimis in sensu indefinito post ὁς, ὁ, τι, ὁσα et similia, Particula omittitur, v. c. Plat. Phaedr. pag. 268. το δε χρυσου πληθος ειη μοι, ὁσον μη φερειν — δυναιτο αλλος — *quantum nemo ferre possit.* Democritus autem Alexandri res gestas nullo modo attigit, quippe qui erat aequalis Darii Nothi et Hippocratis, Socrate maior natu, et mortuus a plerisque traditur proximo post Darii illius mortem anno sexagesimo nono ante Alexandri regnum.

Digitized by Google

ΑΙΛΙΑΝΟΥ ΠΟΙΚΙΛΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΕΜΠΤΟΝ.

ΚΕΦ. Α'.

Ὅτι Ταχὼς δι' ἀβροτέραν δίαιταν ἐτελεύτησεν.

Ταχὼς ὁ Αἰγύπτιος, ἕως μὲν ἐχρῆτο τῇ ἐπιχωρίᾳ διαίτῃ, καὶ εὐτελῶς διεβίω, ὑγιεινότατος ἀνθρώπων διῆγεν. ἐπεὶ δὲ εἰς Πέρσας ἀφίκετο, καὶ εἰς τὴν ἐκείνων τρυφὴν ἐξέπεσε, τὸ ἄηθες τῶν σιτίων ἐκ ἐνεγκὼν, ὑπὸ δυσεντερίας τὸν βίον κατέσχεψε, τῆς τρυφῆς ἀλλαξάμενος θάνατον.

ΚΕΦ.

Ταχὼς ὁ Αιγ.] Rex fuit Aegyptiorum, qui primo bellum gessit contra Persas et eorum regem Artaxerxem, inque illud aliquot Graecorum millia conduxit, quibus praefecit Agesilaum Spartanum (vid. Xen. Ages. 2, 30.). Sed dein quum hunc offendisset, et contra ipsum insurrexisset eius vel filius vel cognatus Nectanebis, et huic se iunxisset Agesilaus, tum vero Tachos ille fugit per Arabiam ad regem Persarum, a quo veniam impetrauit, sed istic, quum iam bellum contra Aegyptios ipsi esset a rege mandatum, mortuus est. Mire horum regum historiam confundunt ipsi veteres, et maxime Diod. XV, p. 400. qui pro Nectanebe Tachon memorat; similiter Nepos Chabria c. 2. Ceterum variatur ab auctoribus nomen regis, quem alii Tachum, alii Thacum, alii Tacum nominant.

Digitized by Google

ΚΕΦ. Β΄

Φερεκύδης πῶς τέθνηκεν.

Ὅτι Φερεκύδης Πυθαγόρου διδάσκαλος, ἐμπεσὼν εἰς τὴν ἀῤῥωστίαν, πρῶτον μὲν ἵδρου ἱδρῶτα θερμὸν, ἰξώδη, ὅμοιον ὡς μύξαις, ὕστερον δὲ θηριώδη, μετὰ δὲ ἐφθειρίασε· καὶ διαλυομένων τῶν σαρκῶν εἰς τοὺς φθεῖρας, ἐπεγένετο τῆξις, καὶ οὕτω τὸν βίον κατήλλαξε.

ΚΕΦ. Γ΄.

Περὶ τῶν Ἡρακλείων στηλῶν.

Ἀριστοτέλης τὰς νῦν Ἡρακλείους στήλας καλουμένας, πρινὴ

Πρωτον μεν ἱδρω ἱδρωτα θερμον] Nempe hic morbus oritur ex superfluo et calido humore, ὅταν ὑγρασια πολλη εν τῳ σωματι η, vt ait Arist. hist. an. c. 285. vid. et sup. ad IV, 28.

ὁμοιον ὡς μυξαις] ὡς non abundat, vt Kuhn. et Scheff. putarunt, sed recte Periz. per *propemodum*, *fere*, *quodammodo*, vertit. Sic enim passim numeralibus Nominibus iungitur. Sic v. c. Act. Apost. 13, 18. et 19, 34. Item Herodian. III, 11. δριμυτεροι ὡς προς τας εννοιας, οἱ ὑπο την ανατολην ανθρωποι, recte Politian.: *sunt ferme ad orientem mortales acerrimis ingeniis*, vid. Ern. et Zeun. ad Xen. M. S. II, 7. §. 2.

θηριωδη] vertit Periz. *pedicularem*, h. e. pediculis exiguis exuberantem; θηρια enim etiam *pediculos* significant.

διαλυομενων των σ. ε. τ. φ.] Serenus Sammonicus de phthiriasi:

Sed quis non paueat Pherecydis fata tragoedi,
Qui nimio sudore fluens animalia tetra
Eduxit, turpi miserum quae morte tulerunt.

Ἡρακλειους στηλας] Sunt montes praealti in litore extremo Africae et Europae sibi ex adverso obiecti, quorum alter in Hispania australi situs, *Calpe* olim, nunc *Gibraltar*, alter in regno Africae Maroccano, olim *Abyla*, hodie *Ceuta* dicitur. Mela I, 5. fabulosam nominis *columnarum Herculis* rationem adfert, *Herculem ipsum iunctos olim perpetuo iugo diremisse colles, atque ita exclusum antea mole montium oceanum, ad quae nunc inundat, admissum esse.* Fuerint ergo non tam columnae istic erectae, quam

πρινὴ κληθῆναι τοῦτο, φησὶ Βριάρεω καλεῖσθαι αὐτούς. ἐπεὶ δὲ καθῆρε γῆν καὶ θάλασσαν Ἡρακλῆς, καὶ ἀνακμφιλόγως εὐεργέτης ἐγένετο τῶν ἀνθρώπων, τιμῶντες αὐτὸν, τὴν μὲν Βριάρεω μνήμην παρ' ἐκεῖ ἐποιήσαντο, Ἡρακλείους δὲ προσηγόρευσαν.

ΚΕΦ. Δ'.

Περὶ Φυτῶν τινων ἐν Δήλῳ θαλλόντων.

Ὅτι ἀναθῆλαι λόγος ἐστὶ Δήλιος Φυτὰ ἐν Δήλῳ, ἐλαίαν καὶ Φοίνικα· ὧν ἁψαμένην τὴν Λητὼ, εὐθὺς ἀνακυῆσαι, τέως ἐ δυναμένην τεκεῖν.

ΚΕΦ

quàm veri montes, qui ex facto, vel in honorem Herculis ita dicti sunt. Atque ita omnes excelsos valde montes κίονας, *columnas*, adpellari docet Eustath. ad Odyss. α, p. 18 id de Atlante et de Aetna dici tradens. Ceterum vid. etiam Isocr. or. ad Philipp. 250.

Βριαρέω] Diuersa plane traduntur de *Briareo* veteres. Pleriquè ex Homero Il. λ, 403. eum fuisse auxilium Ioui contra alios deos, qui Iouem vincire volebant, vel etiam contra Titanas, v. Schol. ad Aeschyl. Prometh. vinct. 351. alii, vt Virg. VI. vt X. et Seneca eum inter Gigantes oppugnasse Iouem, et fulmine detrusum in tartara. Alii vnum ex Cyclopibus in Sicilia fuisse tradunt. Erat autem Briareus ἑκατόγχειρος θαλάσσιος, qui sedem habuit in Euboea, vndè insulas Cycladas subegit, et quia etiam Aegaeon dicebatur, mari Aegaeo pomen dedit, v. Eust. ad Hom. Il. d. l. Columnae itaque istae, quae terminabant mare mediterraneum, in quo dominabatur Briareus, primum *Saturni*, dein autem *Briarei* dictae fuerunt, vid. Hes. θεογ. 149. 816., vbi Briareus Neptuni gener dicitur, Hygin. et Apollod.

καθῆρε] *purgasset*, sc. a latronibus, tyrannis et monstris, vt ex laboribus eius constat.

Ἐλαίαν καὶ Φοίνικα] Vid. Munk. ad Hygin. f. 140.

Digitized by Google

ΚΕΦ. Ε΄.

Περὶ Ἐπαμινώνδου ἀκτημοσύνης καὶ μεγαλοφροσύνης.

Ἐπαμινώνδας ἕνα εἶχε τρίβωνα, καὶ αὐτὸν ῥυπῶντα. εἴ ποτε δὲ αὐτὸν ἔδωκεν εἰς γναφεῖον, αὐτὸς ὑπέμενεν οἴκοι δι' ἀπορίαν ἑτέρου. ἐν δὴ τούτοις τῆς περιουσίας ὤν, τοῦ Περσῶν βασιλέως πέμψαντος αὐτῷ πολὺ χρυσίον, οὐ προσήκατο. καὶ εἴ τι ἐγὼ νοῶ, μεγαλοφρονέστερος ἦν τοῦ διδόντος ὁ μὴ λαβών.

Τριβωνα] Τριβων vulgare erat pallium Graecorum vile et quotidiano vsu detritum, nam a τριβων terere est dictum. Ceterum antiquissimis temporibus tale pallium tribuitur cuiuscumque ordinis hominibus. Nam sicuti hic Epaminondae datur, sic infr. VII, 13. Agesilao, regi Spartanorum. Quin imo Aristophanes generatim tribuit Atheniensibus suis, sed maxime senibus, quoniam iuuenes iam eo tempore incedebant nitidius vestiti. Postquam vero opulentia et luxuria graecas civitates et mores inuasit, tum vero τριβων erat pauperiorum hominum et maxime philosophorum. Vid. haec omnia copiose satis exsequentem Ferrarium de re vestiaria part. II, lib. IV. c. 14 — 16.

εις γναφειον] Solebant veteres, quia vestimenta gerebant plerique alba, ea subinde dare fulloni ad eluendas sordes, et ideo alia habere debebant, quae interim gestarent, quae tamen non habuit Epaminondas. Hinc iam εἵματα ἐξημοιβα ap. Hom. Odyss. θ, 249. Sed et apud Orientales sic se res habebat, v. Genes. 45, 22. Apud Romanos quidam complura vestimenta habebant, eaque saepius mutabant. At Lacedaemonii adolescentes ex institutis Lycurgi, ἑνὶ ἱματίῳ δι' ἔτους προσεθίζεσθαι debebant, v. Xen. de rep. Lac.

εν δη τουτοις της περιουσιας ων] *quum igitur in abundantia* της sc. δια *horum*, s. *circa has res esset*, seu *his abundaret*; iocose dictum. Praepositio δια in hac locutionis ratione fere exprimitur, v. c. ειναι δια φιλιας, *amicum esse*, τινι, δι' αιτιας ειναι, *accusari*.

τον Περσων βασ.] intelligit Artaxerxen; vid. Nep. Epamin. c. 4. De abstinentia Epaminondae vid. et infr. XI, c. 9.

ει τι εγω νοω] vt lat. *si quid iudicem*. Med. 3. et Sluisk. codd. ειγε τι εγω νοω.

Digitized by Google

ΚΕΦ. ϛ'.

Περὶ Καλάνου ἐκουσίας τελευτῆς.

Ἄξιον δὲ καὶ τὸ Καλάνου τοῦ Ἰνδοῦ τέλος ἐπαινέσαι, εἶτος δ' ἂν εἴποι ὅτι καὶ ἀγασθῆναι. ἐγένετο δὲ τοιοῦτον. Κάλανος ὁ Ἰνδῶν σοφιστὴς μακρὰ χαίρων φράσας Ἀλεξάνδρῳ, καὶ Μακεδόσι, καὶ τῷ βίῳ, ὅτε ἐβουλήθη ἀπολύσας αὐτὸν ἐκ τῶν τοῦ σώματος δεσμῶν, ἐγεγέννητο μὲν ἡ πυρὰ ἐν τῷ καθ' ἑαυτὸν περιβόλῳ τῆς Βασιλῶνος,

Ἄξιον δὲ καὶ cet.] Καὶ abest a cod. Sluisk.

τοῦ Καλάνου τ. Ἰνδ. τέλος] Vid. etiam supr. II, 41 med. it. Cic. diuin. I, 23. Plin. hist. natur. VII, 2.

σοφιστὴς] seu γυμνοσοφιστὴς. *Gymnosophistae*, a γυμνὸς, quia nudi incedebant, erant Indorum sapientes et sacerdotes, circaque ostium Gangis fluuii habitabant, plerumque solitarii, maxime temperantes ac seueri, adolescentesque ad suam ipsorum vitam educandi studiosissimi. Deum (hodie Wisinu ab iis adpellatum) omnium rerum docebant esse et creatorem et seruatorem; praeterea animam mundi vbique dispersam; terram ex aqua productam; virtutem finem bonorum et metamorphosin amplectentes animal occidere vilum nefas esse putabant. Victum quaerebant solis ex fructibus et aqua, carne vinoque plane abstinentes, Clemens Alex. strom. I. p. 359. Seorsim ab hominibus viuere, corpus domare, diuitias, voluptatem ac mortem contemnere, maximum putabant, Plin. hist. nat. VII, 2. Quae omnia iis maximam apud regem ac populum auctoritatem comparabant, cuius sacra faciebant, soli diuinationis periti credebantur. Duo Gymnosophistarum ordines erant, *Samanaei* et *Brachmanes*, s. *Braminae*, sic dicti a Brachmane s. Bramah, vel sapiente quodam, quem mortuum coluere; vel, vt alii tradunt, ab vno trium eorum numinum, quae Deus creauit, cuius ope mundus creatus dicebatur, et qui auctor libri, quem *Vedam* vocant, diuini putabatur. Ceterum philosophiae eorum origo fabularum tenebris plane obuoluta est, neque ante Alexandri expeditionem vllae literae ac doctrina subtilior apud eos exstitisse videtur; huius tamen studiis ad illas gentes erudiendas collatis, graecarum literarum semina etiam in India sparsa sunt. Hinc adparet plures Graecorum Indorumque sententias ac dogmata serioribus temporibus ita conuenire.

Digitized by Google

νος, καὶ ἦν τὰ ξύλα αὖα, καὶ πρὸς εὐωδίαν εὖ μάλα ἐπίλεκτα, κέδρου, καὶ θύου, καὶ κυπαρίττου, καὶ μυρσίνης, καὶ δάφνης, αὐτὸς δὲ γυμνασάμενος γυμνάσιον τὸ εἰωθὸς, (ἦν δὲ αὐτὸ δρόμος,) ἀνελθὼν ἐπὶ μέσης τῆς πυρᾶς ἔστη ἐστεφανωμένος καλάμου κόμῃ. καὶ ὁ μὲν ἥλιος αὐτὸν προσέβαλλεν· ὁ δὲ αὐτὸν προσεκύνει. καὶ τοῦτο ἦν τὸ σύνθημα εἰς τὸ ἐξάπτειν τὴν πυρὰν τοῖς Μακεδόσι· καὶ τὸ μὲν ἐδρᾶτο, ὁ δὲ περιληφθεὶς τῆς φλογὸς, ἀτρέστως εἱστήκει, καὶ οὐ πρότερον ἀνετράπη, πρινὴ διελύθη. ἐνταῦθα, φασὶν, ἐκπλαγῆναι καὶ τὸν Ἀλέξανδρον, καὶ εἰπεῖν, ὅτι μείζονας ἀντιπάλους αὐτοῦ Κάλανος κατηγωνίσατο. ὁ μὲν γὰρ πρὸς Πῶρον, καὶ Ταξίλην, καὶ Δαρεῖον διήθλησεν· ὁ δὲ Κάλανος, πρὸς τὸν πόνον, καὶ τὸν θάνατον.

Q 5 ΚΕΦ.

κεδρου και θυου cet.] Genitivus ab intelligendo τι regitur, quo pars cuiusque rei denotatur. Pro θυου vulgo θρυου, sic et Msti. Sed recte adprobarunt Periz. et Scheff. Gesneri emendationem θυου: quid enim *iunco palustri* est rei cum lignis odoratis? Sic iungit et Homerus Od. ε, 60. θυὸν *cedro*, quod Noster more Sophistarum forsan respexit, sicut solet v. c. III, 1 med. ελαιου δικην. XIII, 1. proc. ab in. κροκοι — εν μαλακῃ φυομενοι και βαδειᾳ τῃ ποιᾳ.

ὁ μεν ἡλιος — προσεβαλλε] Sic etiam Hom. Il. η, 421. ff. — *Et simul ac sol radiis suis eum attigit, hic illum adorauit.*

ὁ δε αυτον προσεκυνει] Luc. de mort. pereg. 781. ὡς προς ανισχοντα τον ἡλιον ασπασαμενος, ὡσπερ αμελει (*sane, siue dubio*) και τους βραχμανας φασι ποιειν, επιβησεται της πυρας. Ceterum ὁ μεν (praecedens) — ὁ δε verte *simulac — tum.*

ατρεστως] Sic Sluisk. quod etiam potest ferri, *intrepide*, sic et XIV, 31. vbi vid. Lugd. autem et B. C, ατρεπτως, *sine vllo motu*, legunt, quod praefert Scheff. propter sequens ανετραπη, nec Periz. plane reiiciendum putat; Kuhn. vulg. retinet.

Ταξιλην] Mirum inter hostes ab Alexandro victos memorari *Taxilam*, Indorum regem, quum is numquam contra Alexandrum pugnauerit, sed se vltro ei permiserit, imo etiam, antequam Alexander ad Indos peruenerit, per legatos ei societatem suam obtulerit, vid. Diod. XVII., Plut. Alex., Arrian. IV, Curt. VIII, 12. quin ipse Taxilas Calanum quoque induxit, vt ad Alexandrum iret, eumque prosequeretur.

Digitized by Google

ΚΕΦ. Ζ'.

Περὶ Ἀναχάρσιδος.

Οἱ μὲν Σκύθαι περὶ τὴν ἑαυτῶν πλανῶνται. Ἀνάχαρσις δὲ, ἅτε ἀνὴρ σοφὸς, καὶ περαιτέρω προήγαγε τὴν πλάνην. ἧκε γοῦν εἰς τὴν Ἑλλάδα, καὶ ὁ Σόλων ἐθαύμασεν αὐτόν.

ΚΕΦ. Η'.

Πῶς τινες τὰ σκώμματα ἤνεγκαν.

Τὰ σκώμματα καὶ αἱ λοιδορίαι οὐδέν μοι δοκεῖ δύνασθαι. ἐὰν γὰρ στερεᾶς γνώμης λάβωνται, καταλέλυνται· ἐὰν δὲ ἀγεννοῦς καὶ ταπεινῆς, ἴσχυσε· καὶ οὐ μόνον ἐλύπησε πολλάκις, ἀλλὰ καὶ ἀπέκτεινε. τούτων ἀπόδειξις

retur. Causa autem istius deditionis erat Taxilae bellum et odium ipsius inueteratum in vicinos reges et maxime Porum, Indorum regem, vid. Max. Tyr. diss. 38.

προς τον πονον] *dolorem, cruciatum.* Quidquid enim durum est et triste, id hoc vocabulo denotatur a Graecis, vid. Hes. εργ. 91. et 113. et supra IV, 1 med. τε σωματος δια το γηρας πεπονηκοτος, *corpore per senectutem iam adflicto.* Similiter lat. *labor*, v. c. Plaut. Capt. V, 1. *propter meum caput labores homini euenisse optimo*, quia sc. datus ille erat in lapicidinas. Terent. Heaut. I, 1. 30. ad senem in lacrymas erumpentem, *si quid laboris est, nollem; sed quid isthuc mali est? quaeso* cet. Spanh. eleganter sane malebat προς την πυραν, vt pulcrior sit oppositio ad illa de Alexandro, et quia huic haud facile quis negauerit πονον; dummodo faueant codices.

Περι την ἑαυτων] sc. γην — De Scythis vid. Iustin. II, 2.

Αναχαρσις] De hoc vid. sup. II, 4 med. et not.

Στερεας γνωμης λαβωνται] Sic II, 13 med. Αριστοφανης λαβομενος ὑποθεσεως cet. Sicut hic mutatur forma Numeri in Verbis δοκει, λαβωνται, καταλελ., ισχυσε, cet. sic etiam X, 3 in. Ceterum Lugd. λαβηται.

Digitized by Google

δειξις ἐκεῖνα ἔστω· Σωκράτης μὲν οὖν κωμῳδούμενος, ἐγέλα· Πολίαγρος δὲ, ἀπήγξατο.

ΚΕΦ. Θ'.

Περὶ Ἀριστοτέλους.

Ἀριστοτέλης ἀσωτευσάμενος τὰ ἐκ τοῦ πατρὸς χρήματα, ὥρμησεν ἐπὶ στρατείαν. εἶτα ἀπαλλάττων κακῶς ἐν τούτῳ, φαρμακοπώλης ἀνεφάνη. παρεισρυεὶς δὲ εἰς τὸν περίπατον, καὶ παρακούων τῶν λόγων, ἀμείνων πεφυκὼς πολλῶν, εἶτα ἕξιν περιεβάλετο, ἣν μετὰ ταῦτα ἐκτήσατο.

ΚΕΦ.

Σωκρατης ουν cet.] De Socrate haec vid. supr. II, 13 med. et inprimis Excurs. de Socr. et Plut. *de aud. poet.*

Πολιαγρος] Hic quoque exagitatus fuit a comicis, quia vxorem suam aliis prostitueret muneribus captus, vid. Plut. de aud. poet. Ecce, quam recte Noster Socrati iunxerit et opposuerit Poliagrum, aeque κωμῳδουμενον, sed plane contrario effectu.

Ἀριστοτελης] Hausta haec sunt secundum Laert. in *Epicuro* et Athen. VIII, 13. ex Epicuri scriptis. Sunt, vt ait Athen. sola Epicuri (non alius) verba. Ασωτευσαμενος, Athen. καταφαγων, — απαλλατ. κ. ε. τ. φαρμ. ανεφ. Athen. εν ταυτῃ κακως πραττων επι φαρμακοπωλειν ηλθεν cet. — αμεινων πεφ. πολλ. cet. Athen. εκ ων αφυης και κατα μικρον εις την θεωρουμενην (*ad scientiam*) εξηλθεν. De Verbo φυω vid. supr. ad I, 1 extr.

ἕξιν] *animi indolem et facultatem*, Sic Iulian. or. I, p. 41. *videndum nunc, ει μετα αρετης και της βελτιστης ἑξεως ἁπαντα γεγονε, an omnia cum virtute et optima animi adfectione sint facta*; sic de *fortunae statu* Isocr. Panath. p. 580. *Spartanos post clades non potuisse se restituere καταστησαι σφας αὐτους εις την αὐτων ἕξιν, ἥσπερ εξεπεσον*, et Plat. in Theag. extr. νυν πασα εκεινη ἕξις εξερρυηκεν, *omnis habitus animi effluxit.*

Digitized by Google

ΚΕΦ. Ι.

Νηῶν τινων, καὶ ὁπλιτῶν ἀριθμὸς, ὃς οἱ Ἀθηναῖοι ἀπώλεσαν.

Νηΐτην στόλον Ἀθηναῖοι εἰργάζοντο ἑαυτοῖς ἀεὶ φιλοπόνως, κατὰ χρόνους δὲ τὰ μὲν κατορθοῦντες, τὰ δὲ ἡττώμενοι, ἀπώλεσαν τριήρεις μὲν ἐν Αἰγύπτῳ διακοσίας, σὺν τοῖς πληρώμασι· περὶ Κύπρον δὲ πεντήκοντα καὶ ἑκατόν· ἐν Σικελίᾳ τεσσαράκοντα καὶ διακοσίας· ἐν

Εν Αιγυπτῳ] Vid. Isocr. or. de pace, vbi ostendit, Athenienses post tempora Xerxis maris adfectantes imperium minus fuisse felices, sed variis in locis ac temporibus graues mari accepisse clades. Ceterum quae de Aegypto memorat, acciderunt primis annis Artaxerxis Longimani, quando Aegyptii, duce Inaro, defecerunt et ab Athenienfibus adiuti sunt, missa CC nauium classe, quae naves ab ipsis illis Athenienfibus debuerunt incendi; quum, abducto flumine a Persis, destitutae essent in sicco, vid. Thuc. I, c. 104, et 109. Diod. XI, p. 280.

περι Κυπρον] Intelligit Isocrates et Noster haud dubie bellum, quod Cimon extremis vitae suae annis, tempore Artaxerxis Longimani, gessit ad Cyprum contra Persas, quando Salamina et Citium obsedit et Persae nauali proelio et terrestri fuerunt victi, vid. Thucyd. I, c. 112. Profectus est Cimon ad hoc bellum cum 200 triremibus, sed quarum 60 misit in Aegyptum Amyrtaeo, qui post Inarum a Persis victum et abductum regnabat adhuc in paludibus Aegypti, vid. Plut. *Cimon*. Diod. XII. init. Ceterum victorias aliquando exsistere damnosas adagium *Cadmeae victoriae* satis superque declarat.

εν Σικελιᾳ τεσσ.] Bellum hoc Siculum fecerunt Athenienses tempore belli Peloponnesiaci, sed cum exitu infelicissimo. Quum enim legati Egestanorum et Leontinorum, Athenienfibus sociorum, ex Sicilia venissent, Syracusanos accusantes, maxime autem quum Alcibiades populum commouisset, vt Syracusanos, vel potius totam Siciliam, in ditionem suam redigeret, de quo Athenienses iam Periclis tempore cogitarant; Nicia autem, viro forti et optimo, plane id nunc disprobante, Athenienses bellum magnificentissime inceperunt, classe maxima splendidissimaque exstructa Athenienfibusque magnopere blandita, Alcibiade ac postea Nicia ducibus; sed res eadem ratione non gestae, exercitu atque classibus plane

ἐν δὲ Ἑλλησπόντῳ διακοσίας. ὁπλίτας δὲ ἀπώλοντο αὐτοῖς ἐν Σικελίᾳ μυριάδες τέσσαρες, χίλιοι δὲ ἐν Χαιρωνείᾳ.

ΚΕΦ. ΙΑ'.

Περὶ Θρᾳκῶν βασιλέως ὠμότητος κατὰ τῶν αὐτῆ υἱῶν.

Ὁ Θρᾳκῶν βασιλεὺς, (τὸ δὲ ὄνομα λεγέτω ἄλλος,) ὅτε ὁ Ξέρξης ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα ἐστράτευσεν, εἰς Ῥοδόπην τὸ ὄρος ἀπέδρα· τοῖς δὲ ἐξ παισὶν αὐτῆ συνεβέλευε μὴ στρα-

plane a Syracusis perditis, denique exitum initio minime respondentem, imo infelicissimum praebuerunt. — Ceterum hic numerus nauium more oratorio, vt in praecedente, conflatus est ex omnibus diuerso tempore in Siciliam missis, non Athenienſium modo, sed et sociorum nauibus, vid. Thuc. IV, 2. VI, 43. VII, 20.

ἐν δὲ Ἑλλησπόντῳ] Designant nobilissimam Athenienſium cladem ad Aegospotamos, profectam a Lacedaemoniis, ductu Lysandri. Habuerunt istic Athenienſes classem nauium centum et octoginta, vid. Xen. hist. gr. II, in. Diod. XIII, p. 388.

ὁπλίτας δὲ — μυριάδες] pro ὁπλιτῶν· vid. de hoc zeugmate infra X, 16 in. not.

χίλιοι δὲ ἐν Χαιρωνείᾳ] Videtur Noster hic, vt infr. VI, 1 fin. XII, 53. respicere pugnam illam celebrem contra Philippum Macedonem, infeliciter a Graecis pugnatam, in qua perierunt mille Athenienſes et bis mille capti sunt. Sed tamen et Thucydides cladem mille militum, Athenienſibus istic illatam a Boeotiis et Locrenſibus memorat I, 113. eodem tempore, quo gestae sunt res in Aegypto et Cypro modo expositae.

Τὸ δὲ ὄνομα] Regem hunc Herodotus VIII, 116. ait fuisse *Bisaltarum ac terrae Creſtonicae*. Quae terra et gens quum fuerit ad occidentem fluuii Strymonis versus Graeciam, Thuc. IIII, 109. Herod. VII, 115. Ptolem. Geogr. III, 11. Plin. hist. nat. IIII, 11. alienior posset videri ab hoc loco mentio montis *Rhodopes*, quam tamen facit etiam Herodotus. Quare vix dubitat Periz., nomen *Rhodope* communicatum olim esse cum reliquis montibus supra Macedoniam et Strymona fluuium, vid. et Thuc. II, 96.

Digitized by Google

στρατεύειν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα. δῆλον δὲ, ὅτι φιλέλλην ἦν ὁ ἀνήρ. οἱ δὲ οὐκ ἐπείσθησαν. ὑποστρέψαντας δὲ αὐτοὺς πάντας ἐξετύφλωσε, μὴ ποιήσας ἑλληνικά.

ΚΕΦ. ΙΒ'.

Ὅτι ὁ Δημάδης ἐζημιώθη, ψηφισάμενος θεὸν τὸν Ἀλέξανδρον.

Οὐ δύναμαι δὲ Ἀθηναίων μὴ οὐ φιλεῖν ταῦτα. ἐκκλησίας οὔσης Ἀθηναίοις παρελθὼν ὁ Δημάδης, ἐψηφίσατο θεὸν τὸν Ἀλέξανδρον τρισκαιδέκατον. τῆς δὲ ἀσεβείας ὁ δῆμος τὸ ὑπερβάλλον μὴ ἐνεγκὼν, ζημίαν ἐτιμήσαντο τῷ Δημάδῃ ταλάντων ἑκατὸν, ὅτι θνητὸν αὐτὸν δὴ τὸν Ἀλέξανδρον ὄντα ἐνέγραψε τοῖς Ὀλυμπίοις.

ΚΕΦ.

Δημαδης] orator celeber Atheniensis, sed qui ab Alexandri partibus stabat, sed denique ab ipsis Atheniensibus, vna cum filio miserrime trucidatus est, vid. Plut. in *Phocione*.

τρισκαιδεκατον] Non ergo plebeiis, sed diis maiorum gentium, qui erant XII numero, et quorum pariter vna erat ara Athenis, adscribi volebat Alexander, vid. sup. II, 19. et VIII, 12 fin.

ταλαντων ἑκατον] 100,000 imperialium, maxima profecto indictae priuato homini mulctae summa. Athen. VI, 13. δεκα ταλαντων, quod verum putat Scheff. Reuera tamen iste homo ita epulentus erat, vt aliquando mulctam legibus statutam, quae erat 100,000 drachmarum, i. e. 15000 imperial. eique impositam vltro, et antequam exigeretur, persolueret, vid. Plut. Phoc. Quare, et quia tum Athenienses solebant sane grandes ciuibus irrogare mulctas, incertus est Periz., quid praeferat, malit tamen Athenaeo adsentiri.

θνητον αυτον δη] Δη h. l. intendit et confirmat το θνητον, lat. *adeo, der doch ein Sterblicher war.*

τοις Ολυμπιοις] Hom. passim Ολυμπια δωματ' εχοντες. Sic autem adpellabantur illi maiorum gentium dii. Ceterum Lugd. ανεγραψε.

Digitized by Google

ΚΕΦ. ΙΓ'.

Ὅτι οἱ Ἀθηναῖοι ἀγχίφροι πρὸς νεωτερισμούς.

Ἦσαν δὲ ἄρα Ἀθηναῖοι δεινῶς εἰς τὰς πολιτείας εὐτραπελοι, καὶ ἐπιτήδειοι πρὸς τὰς μεταβολὰς πάντες μᾶλλον. Βασιλείαν μὲν γὰρ ἤνεγκαν σωφρόνως ἐπὶ Κέκροπος, καὶ Ἐρεχθέως, καὶ Θησέως, καὶ τῶν Κοδριδῶν κάτω. τυραννίδος ἐπειρέθησαν ἐπὶ τῶν Πεισιστρατι-

Εἰς τὰς πολιτείας εὐτραπελοι] *erant, quod ad statum s. formam ciuitatis diuersam attinet, ineptissimi.*

ἐπὶ Κέκροπος cet.] Ex omnibus Athenienſium regibus tantum hi tres vt clariſſimi nominantur, ſicut etiam Xen. M. S. III, 5, 10. *Cecropem* Aegyptium notum eſt, fuiſſe regni et ciuitatis, ſacrorum nouorum ac legum iſtic conditorem, a quo hiſtoria et chronologia Athenienſium ideo incipit. Hinc paſſim illi *Cecropidae* vocantur. *Erechtheus* vero ſextus a Cecrope rex, non minus celeber fuit apud poſteros, adeo, vt et ab eo Athenienſes *Erechtidae* dicerentur, v. c. Hom. Il. β, 547. Idem etiam inter heroas eponymos refertur, et ſacra illi fiunt ad aram Neptuni, Pauſ. Att. Poſt illos *Theſeus* omnium aliorum regum nobiliſſimus fuit, vid. Plut. Theſ. quem tamen, etſi optime de ſe meritum, Athenienſes eiecerunt in exilium. Sed Noſter agit h. l. de mutationibus totius reipublicae.

τῶν Κοδριδῶν] Notandum hic eſt, auctorem tribuere Codri, decimi ſeptimi et vltimi Athen. regis, poſteris *regnum*, βασιλείαν, quum conſtet, poſt eius mortem id Athenis ſublatum eſſe, vid. Pauſ. Meſſen. c. 5. Sed quia non multum diſcriminis erat inter priores reges et illos archontes perpetuos, imo et decennales, vnus enim obtinebat ſummum magiſtratum per omne vitae ſuae tempus, vel per 10 annos, ideo et hi βασιλεῖς ſunt vocati a multis ſcriptoribus, v. c. Pauſ. Achaic. c. 2. Euſeb. ſemper eos, etiam illos decennales dicit βασιλεύειν, quamquam his poſterioribus introductis, vis principum ciuitatis atque ita ariſtocratia multo erat aucta, monarchica autem debilitata.

Πεισιστρατιδῶν,] *Piſiſtratus*, vir celeberrimus tempore Solonis, vixit Athenis, et, populo tum diſſidio factionibusque turbato, pauperibus caput ac defenſorem, vt ſimulauit, ſe dedit, quum contra Lycurgus et Megacles, filius Alcmaeonis, reliquorum duces ſe profiterentur.

Digitized by Google

ϛρατιδῶν· ἀριϛοκρατίαν δὲ ἐγκήϛαντο μέχρι τῶν τετρακοσίων.

rentur. Ipse autem mirum in modum comem ac facilem amicumque pauperum et benefactorem ita se gessit, vt semper pedisequos nonnullos post se haberet, numos secum portantes, et in paupertate defunctos suo sumtu sepeliendos hortosque suos nemini claudendos curaret. Semper vultu liberali ac moderato, voceque iucunda libertatis amicum simulavit, atque ita omnes, praeter Solonem, scite fefellit. Ad id, quo spectabat, consequendum, manu sua vulneratus populo quasi ab inimicis ita adfectum se monstravit, quo factum est, vt praesidium sibi daretur, quo dominatione potitus est, Olymp. LV, 1. Bis Athenis euadere coactus, semper restitutus est. Tyrannus fuit moderatus, Solonis leges sustinens, homo magna eloquentia literarumque aestimator (Val. Max. VIII, 9. extr. Cic. de Orat. III, 34 init.) ita, vt etiam Homeri versus, antea plane dispersos primus colligeret, nec minus, qui Athenas aedibus magnificis exornauit. Mortuus denique est post tyrannidem 17 annos obtentam, Ol. LXIII, 1. eamque filiis suis Hipparcho et Hippiae reliquit, quorum ille ab Aristogitone et Harmodio (vid. infr. XI, 8) interfectus, hic Phrygiam, posteaque ad Persas fugere est coactus. Sic Pisistratidarum dominatus, qui 36 annos durauerat, ad finem perductus est Olymp. LXVII, 2. Vid. cel. *Heyn.* ad *Guthrie Weltgeschichte* lib. VII, c. 2. et infr. ad VIII, 16. et VIIII, 25.

ἀριϛοκρατίαν] Locus hic breviter ac bene variam Atticae reipublicae formam exsequitur, sed minime intellectus est a viris doctissimis. Perizonius denique rem ita recte exposuit: Auctor nempe *regno regum* et *archontum* (Κοδρίδων) subiicit continuo *tyrannidem* Pisistrati, non quod haec illis archontibus perpetuis aut decennalibus statim successerit, sed quod forma vtriusque imperii fuerit eadem, h. e. monarchica. Deinde *aristocratiam* memorat, quae fuerit vsque ad *quadringentorum* senatum in republica constitutum. Nempe *aristocratia* haec exstitit vel maxime sub illis nouem archontibus primum constitutis, quando praecipua fuit eorum potestas (et quanta ea fuerit vid. Thucyd. I, 126.) vsque ad tempora Solonis, qui senatum quadringentorum (scil. ex singulis tribus, quae IV tunc erant, centum,) induxit, nouem archontum potestatem maiorem in modum imminuit, infimosque ex plebe admisit ad iudicia; atque ideo dicitur primus constituisse *democratiam*, qualis deinceps exstitit, sed ab hoc gradu postea etiam in deterius longe mutata. Quid aristocratia tum fuerit, liquet ex Euseb. ann. 1433., qui *primos*, ait, *illos lectos fuisse ἐξ εὐπατριδῶν, ex nobilibus*. Profecto ergo *aristocratia* tum erat, sed et

Digitized by Google

κοσίων. ἔπειτα ὕστερον δέκα τῶν πολιτῶν καθ' ἕκαστον ἔτος

et *democratia*, in quantum illi erant populo ὑπεύθυνοι, i. e. debebant ei rationem reddere. — Ille vero *senatus quadringentorum* praeerat concioni, constituebat formabatque res ad populum ferendas tractabatque politica.

τῶν τετρακοσίων] Sunt *quadringenti* a Solone instituti, cum quibus, vt dictum supra est, orta est noua quaedam reipubl. forma, magis democratica, quae deinceps inualuit vsque ad Pisistratum, et dein iterum post Pisistratidas eiectos. Fuit autem iste senatus tunc *quadringentorum*, sicuti postea sub Antigono et Demetrio, etiam *sexcentorum*, quum duae nouae tribus additae sint decem prioribus.

ἔπειτα ὕστερον δέκα τῶν πολ.] In his *decem* inueniendis praecipua est haesitatio, ideoque varia tentarunt eruditi. Perizonii tamen sententiam, minime sane contemnendam mihique maxime adridentem, adferam. Post electos scil. Pisistratidas mutata est denuo aliquantum respubl. a Clisthene (de quo vid. et infr. ad VI, 1 in.) cuius frater fuit auus maternus Periclis. Ille enim, secundum Herodot. VI, 131., constituit *tribus* decem, pro quatuor a Solone inductis, et *democratiam*, quam scil. magis intendit, quam fecerat Solon, cuius ceteroquin rempubl. restituit. Deinde senatus *quadringentorum* ab eo factus est *quingentorum*, (vid. not. praeced.) in quem ex singulis tribubus quotannis legebantur quinquaginta, qui, *Prytanes* dicti, per decimam anni (qui ap. Athen. 354. tantum dies continebat) partem, i. e. per 35 dies, publicas res curabant (excurrentes vero quatuor dies *Interregnum* habebantur), quorum decem quique προεδροι, *praesides* adpellati, per 7 dies summam exercebant potestatem; eorumque quoque die vnus sorte electus (ἐπιστατης) caput vniuersi erat senatus. (De Prytanibus plura vid. ad VIIII, 39 in.). Inter illos quinquaginta statim exstitere *decem* στρατηγοι, quos certe tempore belli Persici primi iam reperimus, (vid. Nepot. Miltiad. c. 4. qui eos vocat *praetores*,) et ita, vt polemarchus, vnus ex archontibus, illis tunc adiungeretur in bello tamquam vndecimus, qui, si illi paribus sententiis dissiderent, sua eos dirimeret; v. Herodot. I, 109. Ceterum quum, post Persas depulsos, Atheniensis maiorem in modum inualuissent, et sibi iam imperium armis vnice quaererent, tum vero tota eorum respubl. ad bella deincepse gerenda se composuit, et plus auctoritatis etiam in foro et concione dedit illis *strategis*, adeo, vt plurimum illi tunc in republ. possent. Hinc plerisque illustribus viris postea ad-

Digitized by Google

ἔτος ἦρχον τῆς πόλεως. τελευταῖον δὲ ἐγένετο ἀναρχία περὶ τὴν τῶν τριάκοντα κατάσασιν. ταύτην δὲ τὴν ἔτως ἀγχίζροφον μεταβολὴν τῶ τρόπω, εἰ ἐπαινεῖν χρή; ἀλλὰ ἔγωγε τῦτο ἐκ οἶδα.

ΚΕΦ.

ditus est hic honor, vid. sup. I, 25. et VI, 10. Imo etiam Imperatores Romani ab Athenienſibus hoc magiſtratu honorari ſe lubentes ſunt paſſi. Scilicet ordinarius ille tunc erat magiſtratus, et ideo quotannis, etiamſi nullum foris eſſet bellum, creabantur tamen hi *decem ſtrategi*. Conuocabant etiam populum in vrbe et, quae vellent, ad eum ferebant. Hinc paſſim apud Demoſth. de *cor.* συγκλῆτα ἐκκλησίας ὑπο ςρατηγων γενομενης. Quin et aliis dabant concionem, vocabant ſenatum et leges, etiam de rebus non bellicis, tulerunt ad populum, v. infr. VI, 10. Demoſth. *cor.* item Plut. *Cimon.* Archontes quidem habuerunt multa tum veſtigia priſtinae poteſtatis, ceteroquin tamen devenerunt ferme eo, quo conſules Romani tempore Imperatorum. Vim vero omnem, ex voluntate reipubl., penes ſtrategos fuiſſe, ex eo liquet, quod ad hoc exemplum deinde etiam reſpublicae Graecorum, quae poſt Alexandri M. tempora potiſſimum exortae, ex variis conſtabant populis, in vnum gentis totius concilium coeuntibus quotannis, ſummum ſuae gentis et concilii magiſtratum itidem creabant adpellabantque ςρατηγον. Achaeos, ait Polyb. II, 42. quotannis creauiſſe ſcribam et duos ςρατηγους; ſed poſtea viſum iis, vnum modo conſtituere, eique totam rempubl. permittere.

αναρχια περι την cet.] *Anarchia* adpellabatur ab Athenienſibus tempus XXX tyrannorum, quippe qui ſoli tunc Lacedaemoniis ſeruientes omnem vim magiſtratuum obtinebant, vid. Xen. hiſt. gr. II, c. 3 init. Vnde adparet, archontes tum fuiſſe, imo et ſtrategos, ſed nec illos, nec populum aliquid potuiſſe, quum omnis poteſtas eſſet penes illos XXX, quorum creandorum praetextus erat nouis legibus *remp. conſtituere*, ſed conſtituerunt, vt triumuiri Romae. — Περι hic notat tempus.

ει επαινεν] Attamen mutatio poſtrema Athenienſibus vitio verti non debuerat ab auctore, quippe quae a Lacedaemoniis, non ab ipſis erat facta. De ἀλλα vid. ſup. ad I, 28 med.

Digitized by Google

ΚΕΦ. ΙΔ'.

Νόμος Ἀττικὸς περὶ σωμάτων ταφῆς, καὶ βοῶν σφαγῆς.

Νόμος καὶ ἔτος Ἀττικὸς, ὃς ἂν ἀτάφῳ περιτύχῃ σώματι ἀνθρώπε, πάντως ἐπιβάλλειν αὐτῷ γῆν, θάπλειν δὲ πρὸς δυσμὰς βλέποντας. καὶ τοῦτο δὲ ἦν φυλαττόμενον παρ' αὐτοῖς· βοῦν ἀρότην, καὶ ὑπὸ ζυγὸν πονήσαντα σὺν ἀρότρῳ, ἢ καὶ σὺν τῇ ἁμάξῃ, μηδὲ τοῦτον θύειν, ὅτι καὶ ἔτος ἐπὶ ἂν γεωργὸς, καὶ τῶν ἐν ἀνθρώποις καμάτων κοινωνός.

Θαπλειν δε προς δυσμας βλεποντας] Iungunt haec ita superioribus interpretes, vt tantum vel de inhumato illo cadavere, vel de sepelliente cadaver dici putent, et ideo malint in singulari *βλεποντα*. Illo modo Vultei. (vertit tamen *vt ad occasum spectet*) et Gesn., hoc Tornaesius aliique. Perizonius autem cum Mstis nil mutandum, sed omnino illa de ciuibus Athenienſibus quibuscumque, qui omnes ita sepeliebantur, intelligenda esse putat. Equidem sententiam Perizonii etsi vera ratione nitentem, tamen, quasi nimis coactam, mihi non adridere fateor; quare, praecipue ob infr. VII, 19 med. dicta, prioribus interpretibus adhuc adsentiendum, et pro *βλεποντας*, cui litera *σ* e voce *δυσμας* arrepsisse videatur, *βλεποντα* sc. *ανθρωπον* legendum putauerim. Idem et Kirchmann. et Casaub. praeferunt. Kuhn. vulg. retinet ac subintell. *νεκρε*.

βεν αροτην] Abstinuerunt quidem veteres plerique a *bove aratore* in sacris faciendis, nec tamen id fuit perpetuum, ne apud Athenienses quidem, quippe qui festum habuerunt *βεφονια*, v. infr. VIII, 3. Tamen Solon diferte et in perpetuum sanxerat, non generatim, sed tantum in funere, *μη εναγιζειν βεν*.

ἁμαξῃ] Ἅμαξα est proprie plaustrum onerarium, imponebant enim *αμαξαις* onera, vid. Hes. *εργ.* 426. s. 692. Inde ἁμαξεια est *onus plaustrorum*. Trahebantur autem *αμαξαι* a bubus. Sed et in bello vtebantur plaustris ad vehenda onera; sic infr. XII, 64. *αμαξαι περσικαι*. Denique et in vrbibus erant.

γεωργος] Eleganter Pythagoras ap. Ouid. Met. XV, 141.

Cumque boum dabitis praesorum membra palato,
Mandere vos vestros scite et sentite colonos.

Digitized by Google

ΚΕΦ. ΙΕ'.

Δικαστήρια ἐν Ἀθήναις περὶ τῶν σφαγέων.

Ὅτι δικαστήρια ἦν Ἀττικά, περὶ μὲν τῶν ἐκ προνοίας ἀποκτεινάντων, ἐν Ἀρείῳ πάγῳ· περὶ δὲ τῶν ἀκουσίως, ἐν Παλλαδίῳ· περὶ δὲ τῶν κτεῖναι μὲν ὁμολογούντων, ἀμφισβητούντων δὲ ὅτι δικαίως, ἐπὶ Δελφινίῳ γίνονται αἱ δίκαι.

ΚΕΦ. ΙΣ'.

Ὅτι παιδίον διὰ ἱεροσυλίαν θάνατον κατεκρίθη.

Ὅτι ἐν τῷ τῆς Ἀρτέμιδος στεφάνῳ πέταλον χρυσοῦν ἐκπε-

Ἐν Ἀρείῳ πάγῳ] De Areopago vid. ſup. not. ad III, 38 med. Fuit locus antiquiſſimis iam temporibus iudiciis de caede deſtinatus. Sed iudicabantur tamen iſtic etiam alterius generis crimina, vt c. de ſimplici vulnere, v. Luc. Timon. p. 88. de myſteriis enunciatis vid. Clemens Alex. Strom. II, p. 387. Imo publicis attendebat etiam moribus, τῇ εὐκοσμίᾳ καὶ εὐταξίᾳ ciuium, vid. Iſocr. or. areop. Sed et in politicis maximam habuit auctoritatem a tempore Solonis vsque ad Periclem, qui eam imminuit. Ceterum quis auctor fuerit Areopagi, adhuc lis eſt; ſententia enim Meurſii de Areopago c. 3. et aliorum, Cecropem accipientium, a V. cel. Meiners *Geſchichte d. Wiſſ. in Griech. u. Rom* II, p. 7 ſ. refutatur, qui contra Theſeum, niſi conditorem, tamen eum, qui hoc iudicium poteſtate et auctoritate maiori ornauerit, fuiſſe crediderit.

περὶ δὲ τῶν ἀκουσίως] ſc. ἀποκτεινάντων. Sluisk. ἀκουσίων ſc. φόνων. Ceterum etiam in *Palladio*, inde, vt aiunt, dicto, quod ibi palladium Troianum, Diomedi a Demophoonte ademtum, fuerit collocatum, alterius generis iudicia fuerunt exercita; exemplum vid. apud Iſocr. adv. Callim. p. 910.

ἐπὶ Δελφινίῳ] Erat templum Apollinis ſic cognominati, quod exſtruxit Aegeus, Theſei pater, qui et iſtic habitauit, v. Plut. in *Theſ.* Theſeus etiam primus ibi dicitur iudicatus et abſolutus, quum Pallantidas occidiſſet et latrones, Scirona et Sinin.

Στεφάνῳ] Nam deorum ſtatuae plerumque erant aureis coro-

Digitized by Google

ἐκπεσὸν ἀνείλετο παιδίον, ȣ̓ μὴν ἔλαθεν. οἱ ȣ̓ν δικαςαὶ παίγνια, καὶ ἀςραγάλȣς πρȣ̓θηκαν τῷ παιδὶ, καὶ τὸ πέταλον. ὁ δὲ καὶ αὖθις ἐπὶ τὸν χρυσὸν κατηνέχθη, καὶ διὰ ταῦτα ἀπέκτειναν αὐτὸν ὡς θεοσύλην, ȣ̓ δόντες συγγνώμην τῇ ἡλικίᾳ, ἀλλὰ τιμωρησάμενοι διὰ τὴν πρᾶξιν.

ΚΕΦ. ΙΖ'.

Περὶ Ἀθηναίων δεισιδαιμονίας.

Ὅτι τοσȣ̃τον ἦν Ἀθηναίοις δεισιδαιμονίας, εἴ τις πρινίδιον ἐξέκοψεν ἐξ Ἡρῴȣ, ἀπέκτειναν αὐτόν. ἀλλὰ καὶ Ἀτάρβην, ὅτι τȣ̃ Ἀσκληπιȣ̃ τὸν ἱερὸν ςρȣθὸν ἀπέκτεινε πατάξας, ȣ̓κ ἀργῶς τȣ̃το Ἀθηναῖοι παρεῖδον, ἀλλ' ἀπέκτειναν Ἀτάρβην, καὶ ȣ̓κ ἔδοσαν ȣ̓τε ἀγνοίας συγγνώμην,

coronis ornatae. Sic ap. Hes. θεογ. Ἥβη, it. Φοίβη χρυσοςεφανος, sicut Venus ευςεφανος. Similiter passim in numis apud Romanos. Per πεταλον autem intellige *folium*. s. *laminam folii specie*. Nam coronae illae adsimulabant plerumque frondes aut fructus, quibus ipsis etiam dii coronabantur. Ceterum mater huius pueri sacerdos erat Dianae, v. Pollux. IX, c. 6.

ȣ μην ελαθεν] Sic passim ȣ μην. solet eadem syntaxi subiungi superiori commati, cf. I, 4 fin. II, 18 fin. VIII, 1. extr. Ceterum adhibetur, vbi sententiam, quae est in oratione praecipua, negare volumus; redditur ideo *non vero*, sed saepe etiam simpliciter *sed*.

αςραγαλȣς] De αςραγαλιζειν vid. ad Plat. Alcib. I, c. 6. ed. Biester.

Δεισιδαιμονιας] Est *studium religionis*; hoc enim vocabulum, vt δεισιδαιμων, et in bono adhibetur et in malo significatu, vbi tunc *superstitio* est.

πρινιδιον] Nefas enim fuit, arborem excidisse e luco, aut quidquam, quod sacrum erat, in suum conuertisse vsum. Imo ne frondem quidem licuit ex luco sumere ac dare pecoribus aegris, neque pascere in loco sacro, vid. Quid. Fast. IV, v. 747.

Αταρβην, ὅτι] *Atarbes*, quis fuerit, ignoratur. — Ceterum pro ὅτι Perizon. tamquam concinnius ὅτε vult legi.

Digitized by Google

γνώμην, ἔτε μανίας, πρεσβύτερα τέτων ἀμφοτέρων τὰ τῆ θεῆ ποιησάμενοι. ἐλέγετο γὰρ ἀκεσίως, οἱ δὲ μεμηνὼς τῆτο δρᾶσαι.

ΚΕΦ. ΙΗ'.

Περὶ ἐγκύε γυναικὸς θάνατον καταψηφισθείσης.

Ἡ ἐξ Ἀρείε πάγε βελὴ, ἐπεί τινα φαρμακίδα συνέλαβον, καὶ ἤμελλον θανατώσειν, ἃ πρῶτον αὐτὴν ἀπεκλειναν, πρινὴ ἀπεκύνησεν. ὅτε γὰρ συνελήφθη, ἔκυε. τὸ ἀναίτιον ἓν βρέφος ἀναλύοντες τῆς καταδίκης, τὴν αἰτίαν μόνην ἐδικαίωσαν τῷ θανάτῳ.

ΚΕΦ.

πρεσβύτερα τέτων] *antiquiorem*, i. e. *magis reuerendum, aestimabiliorem habebant deum, quam* cet. Sic Plut. de aud. poet. c. 12. οὐδὲν πρεσβύτερον. Hom. Od. ν', v. 142. vnde et πρεσβεύειν *maioris aestimare*, pro τιμᾶν. Simil. adhibetur Latinorum *antiquus*.

οἱ δὲ cet.] sc. φασι, est anacoluthia, quae passim apud Graecos occurrit, v. c. sup. II, 11 init. et infr. XIII, 20. 43. Solet autem in primis illud οἱ δὲ sic poni, quando alia et diversa narratio exponitur, idque vt intelligatur φασι s. ελεγον, licet id constructioni superiorum aliquando non videatur satis respondere, v. c. XIII, 23 med. απηντησε αυτῳ τον οφθαλμον εκποπηναι — ὡς μεν τινες φασι, λιθῳ βληθεις. Quare minime habet Scheff. quod de sanitate loci huius dubitet.

Ἡ — βελὴ — ἀπεκλειναν] Vsitata Enallage Numeri. Sic Act. apost. 15, 46. κατα πασαν πολιν, εν αἷς cet. Xen. Mem. S. I, 2. §. 42. πληθος — ενομισαν; idem fieri solet post τις, v. c. Xen. l. c. §. 62. Ceterum et Aegyptiorum et Romanorum legibus cautum erat, v. Quinct. declam. 177. Plut. de sera num. vind.

ἐδικαίωσαν] Timaeus lex. Plat. δικαιωμενος· κολαζομενος, ib. Ruhnk.

Digitized by Google

ΚΕΦ. ΙΘ'.

Αἰσχύλος ἀσεβείας κριθεὶς πῶς διεσώθη.

Αἰσχύλος ὁ τραγῳδὸς ἐκρίνετο ἀσεβείας ἐπί τινι δράματι. ἑτοίμων ἦν ὄντων Ἀθηναίων βάλλειν αὐτὸν λίθοις, Ἀμεινίας ὁ νεώτερος ἀδελφὸς, διακαλυψάμενος τὸ ἱμάτιον, ἔδειξε τὸν πῆχυν ἔρημον τῆς χειρός. ἔτυχε δὲ ἀριστεύων ἐν Σαλαμῖνι ὁ Ἀμεινίας, ἀποβεβληκὼς τὴν χεῖρα, καὶ πρῶτος Ἀθηναίων τῶν ἀριστείων ἔτυχεν. ἐπεὶ δὲ εἶδον οἱ δικασταὶ τὸ ἀνδρὸς τὸ πάθος, ὑπεμνήθησαν τῶν ἔργων αὐτοῦ, καὶ ἀφῆκαν τὸν Αἰσχύλον.

Ἐκρίνετο ἀσεβείας] Causam huius iudicii reperies ap. Clem. Alex. Strom. II, p. 387. *Aeschylus quum mysteria in scena enunciasset, causam dicens in Areopago ita enasit, dum docuit, se non fuisse initiatum.* Vid. et Arist. eth. III, 1. Tandem Aeschylus in Siciliam abiit, cuius inter causas, vitae eius auctor etiam hanc refert, quod chorum Eumenidum tanto induxerit numero, populumque iis ita terruerit, vt infantes exanimarentur; etsi et eo indignabatur, quod Sophoclis multo iunioris ipso tragoediae, et Simonidis elegia in pugnam Marathoniam ipsius fabulis anteferrentur.

βάλλειν αὐτὸν λίθοις] Atheniensibus quoque vsitatum fuit hoc genus supplicii, vid. Cic. Off. III, 12. Sed et reliquis Graecis, a quibus eo supplicio ad Troiam occisus dicitur Palamedes.

Ἀμεινίας] alii etiam *Ἀμυνίας*. Praefuit Aminias quibusdam nauibus in illo proelio, et ita fortiter pugnauit, vt nauem praefecti hostilis submergeret, ipsumque occideret, v. Diod. XI, c. 27. Ipse Aeschylus cum suo fratre Cynaegiro etiam in proelio Marathonio ac dein in Salaminio et Plataeensi fortitudine eminuit.

διακαλυψάμενος] Athenienses quando quieti consistebant, manus intra pallium contractas habere solebant. Apud Lacedaemonios etiam lege iubebantur adolescentes id facere, v. Xen. rep. Laced.

πρῶτος Ἀθηναίων] *primus* ordine ex iis scil., qui post illud proelium statim communi Graecorum decreto honorati sunt *τοῖς ἀριστείοις*, vid. Herodot. VIII, c. 84. et 93.

ἀφῆκαν] Nihilo minus, vt dictum est, mortuus est exul in Sicilia, vbi a rege Hierone Syracusis bene exceptus erat.

Mor-

Digitized by Google

ΚΕΦ. Κ'.

Περὶ Ταραντίνων νησείας, καὶ Ῥηγίνων.

Ταραντίνων πολιορκεμένων ὑπὸ Ῥωμαίων, καὶ μελόντων ἁλῶναι λιμῷ, οἱ Ῥηγῖνοι ἐψηφίσαντο μίαν ἡμέραν

Mortem eius dicitur effeciſſe teſtudo, ab aquila e ſublimi in caput Aeſchyli glabrum demiſſa, qua os cranii fuerit perfractum. Ceterum tragoediae Aeſchyli, quae inter alias celebrium poetarum excelſitate potiſſimum ſententiarum ac verborum eminent, cuius tamen non raro modum excedunt, eoque obſcuriſſimae fiunt, (cuius exemplo praecipue eſt eius *Agamemnon*) idque maxime ob figuras atque epitheta, quae vehementiſſime captabat, audaciora. Ipſe poeta iure habendus eſt artis dramaticae auctor, qui ſpectaculis, antea in plauſtris hic illic datis locum certum conſtituit; ſed vide ſis, quae dixit Horat. art. poet. v. 278 — 280.

Poſt hunc (ſc. Theſpidem, Aeſchyli anteceſſorem) *perſonae pallaeque repertor honeſtae*
Aeſchylus et modicis inſtravit pulpita (i. e. ſcenam) *tignis,*
Et docuit magnumque loqui (i. e. excelſum) *nitique cothurno.*

quum antea loco perſonae ſ. laruae feces vini et fuliginem ori alleuiſſent. Vid. et Ariſtot. de poet. c. 4. Septuaginta et, vt dicunt alii, nonaginta tragoedias, ſecundum Schol. Aeſchylus ſcripſit, quarum non niſi ſeptem exſtant. Praecipua earum editio eſt Schützii. Ipſe vero natus eſt Eleuſine, oppido Attico, Olymp. LXIII, 4. tempore Pindari, mortuus Gelae in Sicilia, poſtquam annos LXIX vixit.

Ὑπο Ρωμαιων] Corruptus eſt hic locus, Perizonii ſententia, et tota hiſtoria ad alium transferri debet populum, *ad quam* emendationem multum facit codex Sluisk. legens ὑπο Ἀθηναιων, id quod a duobus codd. regiis confirmatur. Ceterum a Romanis bis obſeſſa quidem fuit haec vrbs, ſed et capta, prius, poſtquam Pyrrhus ex Italia diſceſſit, a Papirio Curſore, conſule, (an. vrb. c. 482.) v. Liv. epit. XIV. deinde bello Punico ſecundo (an. vrb. c. 545.) a Fabio Maximo, conſule, Liv. XXVII, c. 12. per proditionem occupata. Numquam vero Romani ab ea diſceſſerunt, re infecta. Athenienſes vero, quum varia molirentur in Sicilia atque Italia, aduerſos ſibi habuerunt Tarentinos, qui illos non modo in forum et ſtationem, ſed ne ad aquam quidem admiſerunt, Thuc. VI, 44. In qua ergo expeditione aliquid, ſed irriti conatus, Athenienſes facile tentauiſſe potuerint contra Tarentinos.

Digitized by Google

ραν ἐν ταῖς δέκα νήσοις, καὶ ἐκείνης τὰς τροφὰς ἐκχωρῆσαι Ταραντίνοις. ἀποσάντων δὲ αὐτῶν ἐσώθησαν, καὶ μεμνημένοι τῶ πάθους, ἑορτὴν ἄγουσι τὴν καλουμένην Νηπείαν οἱ Ταραντῖνοι.

ΚΕΦ. ΚΑ'.

Ὅτι ἡ Μήδεια τὰ οἰκεῖα τέκνα ἐκ ἀπέκτεινεν.

Λέγει τις λόγος, τὴν φήμην τὴν κατὰ τῆς Μηδείας ψευδῆ εἶναι· μὴ γὰρ αὐτὴν ἀποκτεῖναι τὰ τέκνα, ἀλλὰ Κορινθίους. τὸ δὲ μυθολόγημα τοῦτο ὑπὲρ τῆς Κολχίδος, καὶ τὸ δρᾶμα, Εὐριπίδην φασὶ διαπλάσαι, δεηθέντων Κορινθίων, καὶ ἐπικρατῆσαι τῶ ἀληθοῦς τὸ ψεῦδος διὰ τὴν τῆ ποιητῆ ἀρετήν. ὑπὲρ δὲ τῆ τολμήματος, φασι, τῶν παίδων μέχρι τῆ νῦν ἐναγίζουσι τοῖς παισὶ Κορίνθιοι, οἱονεὶ δασμὸν τούτοις ἀποδιδόντες.

ἐκανης τας τροφὰς ἐκχ T.] Vulgo ἐκανοις etc., ſed male. Scheff. mallet ἐκανας. Fab. inſuper της τροφης. Recte vero cum Mſtis conſentiens Periz. legit, vt dedimus. Ad ἐκανης ſubint. ἡμερας.

Κορινθιους] v. Pauſ. Corinth. c. 3. ſeu p. 46. infr. ed. Wechel. vbi ad ſepulcrum Medeae filiorum memorat, eos καταλιθωθηναι ὑπο Κορινθιων, των δωρων ενεκα, ὠν τη Γλαυκη κομισαι φασιν αυτες. Cuius *Glauces* paullo ante memorat fontem, ab ea dictum, quod in eum ſeſe abiecerit, ſalutarem ſibi ſperans contra Medeae veneficia. Vid. Schol. Euripid. in Medeam v. 273. cf. Eurip. ibid. v. 1271.

των παιδων cet.] i. e. περι τ. π. των ἑαυτων. Scil. Corinthii, liberorum ſuorum cauſa, qui prius infeſtabantur a diis manibus illorum Medeae filiorum, immerito occiſorum, his (ſcil. Medeae filiis) ſacra annua conſtituerunt, in quibus ipſorum liberi tondebantur et atras geſtabant veſtes, vid. Pauſ. d. l.

εναγιζουσι] Proprie dicitur de ſacrificiis, quae aut diis inferis, aut heroibus offerebantur.

Digitized by Google

ΑΙΛΙΑΝΟΥ ΠΟΙΚΙΛΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΒΙΒΛΙΟΝ ΕΚΤΟΝ.

ΚΕΦ. Α'.

Περί τινων κατ' ἄλλων ὀργῆς, ἀπανθρωπίας, ὕβρεως, ἀδικίας, ἐπάρσεως.

Ἀθηναῖοι, κρατήσαντες Χαλκιδέων, κατεκληρούχησαν αὐτῶν τὴν γῆν εἰς τεσσαράκοντα κλήρους, τὴν Ἱππόβο-

Ἀθηναῖοι] Notabile eſt, in nullo codice adparere hic vllum indicium libri noui, quin in cod. Med. hunc librum cum quinto coniungi et ſpatium relinqui vacuum pro libro ſexto.

κρατησ. Χαλκιδ.] Res geſta eſt paullo poſt electos Piſiſtratidas, tempore Darii Hyſtaſpis, ſed ante Marathoniam pugnam. Quum *Iſagoras* et *Cliſthenes* (de quo vid. ſup. ad V, 13 med.) libertatis reſtitutores, discordia ſua populum iterum in duas partes diſciderent; ille, qui ariſtocratiam praeferebat, hic, quum, conſtitutione noua (vid. ſupr. l. c.) facta, populi auram ſpiraret, ita, vt Iſagoras discedere coactus opem a Cleomene, Spart. rege, peteret. Cauſa vero irae aduerſus Chalcidenſes (Chalcis ſcil. erat vrbs capitalis in inſula Euboea) erat, quod cum Boeotiis coniuncti ſuppetias miſerant Cleomeni, regi Spartanorum, qui Atticam inuaſerat, vt Iſagoram Athenienſibus daret tyrannum, et expelleret Cliſthenem cum ſua factione, vid. Herod. V, 77. qui tamen colonos facit quatuor millium, quod et veriſimilius, et a Meinerſ. V. cel. in *Geſchichte der Wiſſenſ. in Gr. u. Rom* II, pag. 59. acceptum; ſunt enim XL ſortes nimis exiguae numero. Sluisk. duo millia, ſic et vnus cod. regius; quam lectionem Periz. praetulerit. Ceterum Chalcidenſes erant Athenienſium coloni, iam ante bellum Troianum eo miſſi. Vid. Strab. X, p. 446. Sed et nunc illas quatuor mille *ſortes* praediorum Athenienſibus diſpertiebantur.

Digitized by Google

πόβοτον καλουμένην χώραν. τεμένη δὲ ἀνῆκαν τῇ Ἀθηνᾷ ἐν τῷ Λιλάντῳ ὀνομαζομένῳ τόπῳ, τὴν δὲ λοιπὴν ἐμίσθωσαν, καὶ τὰς στήλας τὰς πρὸς τῇ βασιλείῳ στοᾷ ἐστηκυίας, ἀπερ ἦν τὰ τῶν μισθώσεων ὑπομνήματα εἶχον. τὸς δὲ αἰχμαλώτους ἔδησαν, καὶ ἐδὲ ἐνταῦθα ἔσβεσαν τὸν κατὰ Χαλκιδέων θυμόν.

Λακεδαιμόνιοι Μεσσηνίων κρατήσαντες, τῶν μὲν γινομένων ἀπάντων ἐν τῇ Μεσσηνίᾳ τὰ ἥμισυ ἐλάμβανον

ἱπποβοτον χωρ.] *terram equos alentem.* Herodot. autem l. c. χωραν, ait, των ἱπποβοτεων, quod et explicat οἱ παχεες των Χαλκιδεων, i. e. *opulentiores*, qui et equos in vsum reip. alere poterant. Nihil emendandum recte putat Perizon. cum Fabro, et vtrumque bene de eodem agro dici potest. Sic Homerus passim *Argos ἱπποβοτον.*

τεμενη δε ανηκαν] Ex terra Chalcidensium, loca quaedam in Lilanto, agro iuxta fluuium sic quoque dictum, separarunt et consecrarunt suae Mineruae. Τεμενη autem sunt quaelibet loca ex profano vsu exemta, et diis consecrata, cuius generis quia etiam luci et templa erant, hinc passim *τεμενος* etiam pro *luco*, vel *templo* ponitur; v. Hesych. *Lilantus* campus, vel *Lelantus*, vt Strabo vocat, fuit supra Chalcidem, in quo fontes erant aquae calidae ac salubris, ad depellendos morbos, et venae aeris ac ferri mixtae, vid. Plin. hist. nat. IV, 12. Ab *aere* ibi primum reperto tota quondam insula fec. Plin. l. c. *Chalcis* fuit dicta.

την δε λοιπην cet.] sc. χωραν. Pro *και τας στηλας* legendum sane videtur *κατα τας στηλας*, i. e. *secundum illud, quod tradunt hae columnae.* Sic Periz., Scheff., Meursius et cl. Meinecke; sic et postulatur a sequentibus ἀπερ ἦν cet. Ceterum *regia* illa *porticus* erat Athenis, sic dicta, quia istic ille ex annuis nouem archontibus, qui *rex* dicebatur, ius dicebat.

και εδε εντ.] Imo captiuos duabus minis redimi a suis passi quidem sunt, at vincula eorum in arce consecrarunt quasi monimentum foedae captiuitatis. Quare Cuperus p. 312. vult οἱ δε pro εδε; quia plura illos fecisse ipsi non fiat probabile, et sine dubio retulisset illud Aelianus.

των μεν γινομενων απ.] Γινομενα notat hic non *res, quae istic erant omnes*, sed *quae quotannis nascebantur, et producebantur, fruges et fructus terrae.* Sic Plut. *Solon.* εγεωργων εκεινοις ἑκλα των γινομενων τελεντες, *sextam partem fructuum soluentes.* Thuc. VI, 54. εκοσην πρασσομενοι των γενομενων. Firmat hanc expositionem

Digitized by Google

βαινον αὐτοὶ, καὶ τὰς γυναῖκας τὰς ἐλευθέρας εἰς τὰ πένθη βαδίζειν ἠνάγκαζον, καὶ τὰς ἀλλοτρίας, καὶ μηδὲν σφίσι προσήκουσας, νεκρὰς κλαίειν. τὰς δὲ τῶν ἀνδρῶν ἀπέλιπον γεωργεῖν, ἃς δὲ ἀπέδοντο, ἃς δὲ ἀπέκλεισαν.

Ἀθηναῖοι δὲ ὕβρισαν καὶ ἐκείνην τὴν ὕβριν· εὐτυχίας γὰρ λαβόμενοι, τὴν εὐπραγίαν σωφρόνως οὐκ ἤνεγκαν. τὰς γὰρ παρθένους τῶν μετοίκων σκιαδηφορεῖν ἐν ταῖς πομπαῖς ἠνάγκαζον ταῖς ἑαυτῶν κόραις, τὰς δὲ γυναῖκας ταῖς γυναιξὶ, τοὺς δὲ ἄνδρας σκαφηφορεῖν.

Σικυ-

nem et ipsa historia, v. Paus. Messen. 14. *των δε*, ait, *γεωργουμενων τροφων σφισιν αποφερειν εις Σπαρτην παντα ἡμισεα.* *τας γυναικας τας ελευθερας*] Ingenuae feminae non prodibant in funus, nisi propinquorum, multo minus lamentabantur tam, quam Messenias facere coegerunt Lacones. Huiusmodi enim mulieres ceteroquin pretio conducebantur, et apud Graecos dicebantur *Cariatae*, vel *ex Caryis*, apud Latinos *Praeficae*.

τας δε — ας δε — ας δε] *alios — alios — alios* cet. Vid. supr. not. ad I, 31 med.

απελιπον γεωργειν] *vt colerent terram*, vid. sup. ad II, 40 fin.

των μετοικων] *Inquilini* plerisque in locis Graeciae vix distinguebantur a seruis. Imo secundum Aristot. Polit. III, 1. *ne in ius vocari et vocare quidem* inquilinis licebat, (το δικην υπεχειν και δικαζεσθαι) *sed necesse erat illis sibi adoptare patronum* (προστατην). Tales *προστατας* certe Athenas etiam habebant *μετοικοι*.

σκιαδηφορειν] scil. ne sole adurerentur, quapropter sequebantur eae cum *σκιαδιοις*. Σκιαδια vero erant eiusmodi instrumenta, quae explicari et complicari poterant, et quibus virgines se tuebantur aduersus solis radios.

σκαφηφορειν] Σκαφη proprie in nauibus dicebatur illa pars, quae onus earum continebat, *το κοιλωμα των νηων*, hic autem fuit *alueus*, in quo aliquid gestari poterat, sic Schol. ad Aristoph. *equit.* interpr. ξυλινα αγγεια. Suum autem eas habuisse vsum in sacris ad gestandas res ad sacra adhibendas, liquet ex Athen. VIII, 3. ταυτην οὖν την θυσιαν αἱ Δηλιαδες (Deliorum feminae), *προσφερουσιν αυτῃ σκαφας παντων πληρεις αγαθων, πλην ιχθυων.* Hos vero alueolos ferebant in pompis, vt participes sacrificiorum, sed et vt baiuli, pro ciuibus illos gestantes, quum et praeterea satis duriter in hoc

nego-

Digitized by Google

Σικυώνιοι δὲ Πελλήνην ἑλόντες, τάς τε γυναῖκας τῶν Πελληνέων καὶ τὰς θυγατέρας ἐπ' οἰκήματος ἔσησαν. ἀγριώτατα ταῦτα, ὦ θεοὶ Ἕλληνιοι, καὶ ἐδὲ ἐν βαρβάροις καλά, κατά γε τὴν ἐμὴν μνείαν.

Ἐπεὶ τὴν ἐν Χαιρωνείᾳ μάχην ἐνίκησεν ὁ Φίλιππος, ἐπὶ τῷ πραχθέντι αὐτός τε ἤρτο, καὶ οἱ Μακεδόνες πάντες. οἱ δὲ Ἕλληνες δεινῶς αὐτὸν κατέπληξαν, καὶ ἑαυτὰς κατὰ πόλεις ἐνεχείρισαν αὐτῷ φέροντες. καὶ τοῦτό γε ἔδρασαν Θηβαῖοι, καὶ Μεγαρεῖς, καὶ Κορίνθιοι, καὶ Ἀχαιοὶ, καὶ Ἠλεῖοι, καὶ Εὐβοεῖς, οἱ ἐν τῇ ἀκτῇ πάντες. ἃ μὴν ἐφύλαξε τὰς πρὸς αὐτὰς ὁμολογίας ὁ Φίλιππος, ἀλλ' ἐδηλώσατο πάντας, ἔκδικα καὶ παράνομα δρῶν.

ΚΕΦ.

negotio tractarentur, quippe quem iis in hac pompa ne hiscere quidem aut mutire licuerit, vt patet ex prouerbio, συμομωτέρος σκαφῆς.

Πελλήνην] *Pellene* vrbs erat Achaiae, vicina Sicyoniis.

ἐπ' οἰκήματος] Οἴκημα Atticis τὸ πορνεῖον, *lupanar* notat. v. Hesych. et Xen. M. S. II, 2. §. 4.

ἐν Χαιρωνείᾳ μάχην] *Chaeroneae* vrbs fuit Boeotiae. Proelium autem hoc, quo Athenienses ac Thebanos vicit Philippus, rex Macedoniae, incidit in tempus Demosthenis, Olymp. CX. Iustin. IX, 4.

αὐτός τε ἤρτο] Sed mox moderatissime se gessit inprimis erga Athenienses, vid. infr. VIII, 15.

οἱ ἐν τῇ ἀκτῇ πάντες] Legendum videtur καὶ οἱ ἐν cet., addito καὶ; per ἀκτὴν vero Atticam regionem intelligendam, situ ipso oppositam Euboeae et h. l. distinctam ab vrbe ipsa Athenarum, quae licet se tueretur et munitionibus reparandis operam daret, regio tamen ipsa et eius oppidula ac pagi permittere se debuerunt Philippo, vid. Strab. I, p. 58. extr. τὸν Πειραιᾶ — πέρων τῆς Ἀκτῆς κειμένου, *Piraeum — vltra Atticam* (i. e. Atticam) *sitam*. Reiecta autem Part. καὶ, verba οἱ ἐν τῇ cet. ad omnes dictos populos pertinerent, quod certe Perizonii sententia ineptum videretur. — Sequ. pro ἃ μὴν edit. Kuhn. iun. habet καὶ ἃ μὲν.

Digitized by Google

ΚΕΦ. Β'

Περὶ ἀνδρείας τῦ υἱῦ τῦ Ἀρματιδίᾳ.

Ὁ Ἀρματιδίᾳ τῦ Θεσπιέως παῖς παραγενόμενος σύμμαχος Ἀθηναίοις μετὰ καὶ ἄλλων πολιτῶν, τὰ μὲν πρῶτα ἐμάχετο εὖ καὶ καλῶς· καταναλωθέντων δὲ αὐτῦ τῶν ὅπλων, ψιλαῖς ταῖς χερσὶ πρὸς καθωπλισμένους ἀγωνιζόμενος, εὐκλεῶς τὸν βίον ἐτελεύτα. πατρόθεν δὲ ἦν τὸν νεανίαν προσεῖπον, κυδαίνων αὐτὸν Ὁμηρικῶς. τὸ δὲ ὄνομα αὐτῦ εἰ τῳ ἐπιμελὲς εἰδέναι, ἀλλαχόθεν εἴσεται.

ΚΕΦ. Γ'.

Περὶ Ἰσάδα παιδός.

Ὅτι Λακεδαιμόνιοι Ἰσάδαν, ἔτι παῖδα ὄντα, καὶ μήπω τῦ νόμῳ καλοῦντος αὐτὸν εἰς ὅπλα, ὅτι ἐκ τῦ γυμνασίῳ

Ὁ Ἀρματιδίᾳ cet.] Nomen eius erat *Dithyrambus*. Tum vitio memoriae *Athenienſium* ſocios Theſpienſes dicit pro *Spartanorum*, quum vna cum Leonida et trecentis Spartanis pugnauerint ad Thermopylas contra Xerxem, vid. Herod. VII, 222. et 227.

εμαχετο ευ καὶ καλως] *animo forti et ita vt ceteris bonum atque imitabile fortitudinis exemplum daret.* Sic *ευ* per prius et *καλως* per poſterius expreſſum voluerim. Contrarius tamen non ſim per vtrumque generalem fortitudinis ideam expreſſam putanti, non reſpecto et interiori et exteriori ſtatu hominis.

πατροθεν — αυτον] Reſpicit illa Homeri Il. κ, 68. 69. vbi Agamemnon monet fratrem, quomodo res ipſi gerenda ſit in proelio:

πατροθεν εκ γενεης ονομαζων ανδρα εκαστον,
παντας κυδαινων.

Sed et plures alii, praeter Homerum, dicuſſe per ſolum nomen paternum deſignare ſolebant homines, v. c. infr. XIII, 32. ω Σωφρονισκε ſc. παι, i. e. *Socrates.*

Καὶ μηπω τῳ νομῳ cet.] Sic apud Romanos lege veſtitum erat, *minorem 17 annis καταλεγεσθαι στρατιωτην, legi militem*; vid. Liv XXV, 5. vbi in neceſſitatis caſu contraria lex ferri debuerat.

Digitized by Google

μνασίᾳ ἐκπηδήσας ἠρίςευσεν, ἐςεφάνωσαν μὲν· ὅτι δὲ πρὸ τῆς ἀπαιτεμένης ἡλικίας, καὶ μὴ τὰ ἐπιχώρια ἔχων ὅπλα ὥρμησεν εἰς τὰς ἐχθρὰς, ἐζημίωσαν.

ΚΕΦ. Δ΄.

Περὶ τῶ τὴν Λυσάνδρε θυγατέρα ἐγγυησαμένε.

Ὁ μὲν Λύσανδρος ἐτεθνήκει· ὁ δὲ τὴν θυγατέρα αὐτῶ ἔτι ζῶντος ἐγγυησάμενος, ἐπεὶ καὶ ἡ παῖς ἐρήμη πατρὸς ἀπελείπετο, καὶ ὁ Λύσανδρος μετὰ τὴν τῶ βίᾳ καταςροφὴν ἀνεφάνη πένης ἂν, ὃς δὲ ἀνεδύετο ὁ ἐγγυησάμενος, καὶ ὃς δὲ ἔφασκεν ἄξεσθαι γυναῖκα. ἐπὶ τούτοις οἱ ἔφοροι τὸν ἄνδρα ἐζημίωσαν. ἔτε γὰρ Λακωνικὰ ἐφρόνει, ἔτε ἄλλως Ἑλληνικὰ, φίλε τε ἀποθανόντος ἀμνημονῶν, καὶ τῶν συνθηκῶν τὸν πλῆτον προτιμῶν.

ΚΕΦ.

ἐζημίωσαν] mille drachmis, teste Plutarcho, *Ages.* Vid. et Polyaen. II, p. 127.

Ὁ Λυσάνδρος] De hoc vid. sup. III, 20 in. et not.

ὃς δὲ ἀνεδύετο] ὃς δὲ respicit praecedens ὁ δὲ, vid. ad I, 2 med. ἀνεδύετο, pr. *regrediebatur ab eo*, quod promiserat. Quum autem Lycurgus (v. Iustin. III, 3. cui Plut. aliique suffragantur, it. infr. c. 6 in.) *virgines sine dote nubere iussisset, ut vxores eligerentur, non pecuniae*, quin adeo sine dote inirentur ibi matrimonia, ita, vt iuuenes caelibes et virgines pariter in obscurum concluderentur locum, et quam quisque ibi cepisset, ducere cogeretur ἀπροικον, *sine dote*, v. Athen. XIII, in.; Lacedaemonii hanc legem eo eluisse videntur; sicvti Romani patres in gratiam filiarum legem Voconiam, quae feminas ab haereditate etiam paterna excludebat, vt alio, quam dotis nomine dederint filiabus magnam haereditatis partem, vnde tot istic ἐπικληροι virgines, i. e. quae κλῆρον, *agrum* possidebant.

Digitized by Google

ΚΕΦ. Ε'.

Περὶ Ἀθηναίων πρέσβεων.

Ὅτι Ἀθηναῖοι τοὺς εἰς Ἀρκαδίαν ἀποσταλέντας πρεσβευτὰς, ἐπεὶ ἑτέραν ὁδὸν ἦλθον, καὶ οὐ τὴν προστεταγμένην, καί τοι κατορθώσαντας, ὅμως ἀπέκτειναν.

ΚΕΦ. ϛ'.

Λακωνικοὶ νόμοι.

Ἦ γὰρ οὐ καὶ ταῦτα Λακωνικά; νόμος ἐστὶ τοῖς Σπαρτιάταις, τὸν παρασχόμενον υἱοὺς τρεῖς, ἀτέλειαν ἔχειν φρουρᾶς· τὸν δὲ πέντε, πασῶν τῶν λειτουργιῶν ἀφεῖσθαι. γαμεῖν δὲ ἀπροίκους ἔτι. βάναυσον δὲ εἰδέναι τέχνην ἄνδρα Λακεδαιμόνιον οὐκ ἐξῆν. Φοινικίδα δὲ ἀμπέχε-

Ἦ γαρ] Hae Particulae, sicut aliis locis δε vel και, significant coniunctionem narrationis cum reliquis, quo refert, et vnde hausta est narratio. De η in interrogationibus vid. ad I, 2 in.

τον δε πεντε] Sluisk. distincte quidem πεντε, sed Aristoteles Polit. II, 7. τον μεν γεννησαντα τρεις υἱους, αφρουρον ειναι· τον δε τετταρας ατελη παντων. Propius etiam esse, recte putat Periz., legem ita statuisse, quam penitus eum praetermisisse, qui tribus liberis vnum adiecisset. Oppositum του αφρουρος Xenophon rep. Lac. εμφρουρους eos dicit, qui excubias agere debebant. Ceterum de legibus Laced. vid. *Barthelemy Reis.* IIII, c. 43. 45. 46. sc

γαμειν δε απροικους ετι] De hac lege vid. supr. ad cap. 4. Ετι, vt bene vidit Periz., intendit orationem, maxime autem negantem, sicuti XII, 52. Hesiod. ασπ. 50. de fratribus Hercule et Iolao, recens natis, ουκ εθ' ὁμα φρονεοντε, κασιγνητω γε μεν ηστην, *neutiquam paria cogitantes, fratres licet essent*, ib. εργ. 172.

βαναυσον — τεχνην] Arist. Polit. VIII, 2. βαναυσους τεχνας ita describit: βαναυσον εργον ειναι δει τουτο νομιζειν και τεχνην ταυτην και μαθησιν, ὁσαι προς τας χρησεις και τας πραξεις τας της αρετης αχρηστον απεργαζονται το σωμα των ελευθερων, η την ψυχην, η την διανοιαν. Sic idem VII, c. 9. Sic etiam iudicat Socrates apud Xenoph. Oec. 4. και αἱ γε βαναυσι-

ἀμπέχεσθαι κατὰ τὰς μάχας, ἀνάγκη ἦν. ἔχειν δὲ τὴν χρόαν καὶ σεμνότητός τι. πρὸς ταύτῃ γε μὴν καὶ τὴν ῥύσιν τοῦ ἐπιγενομένου αἵματος ἐκ τῶν τραυμάτων ἔτι γε μᾶλλον ἐκπλήττειν τοὺς ἀντιπάλους, βαθυτέρας τῆς ὄψεως γινομένης, καὶ φοβερωτέρας μᾶλλον.

Ὅτι οὐκ ἐξῆν ἀνδρὶ Λάκωνι οὐδὲ σκυλεῦσαι τὸν πολέμιον. οἱ δὲ καλῶς ἀγωνισάμενοι καὶ ἀποθανόντες, θαλλοῖς ἀνεδοῦντο, καὶ κλάδοις ἑτέροις, καὶ δι' ἐπαίνων ἤγοντο.

ναυσικαι καλουμεναι cet. et Mem S. II, 7. Quae sola ad acquirendam pecuniam pertinent, pleraeque artes sedentariae. Talis opifex et in aliis ciuitatibus despectus erat, nec particeps reipublicae, vt Aristot. l. c., idque hac de causa, quod pleraeque ciuitates Graeciae bellis erant tantum gerendis adcommodatae, quibus cives reddendi erant idonei, quod non faciebant artes opificum, vid. Xen. Oec. cap. 6. His artibus ignobilibus oppositae erant nobiles et liberalibus hominibus dignae, v. c. artes elementares, it. cognitio poetarum celeberrimorum, ars porro musicae et pingendi ac reliquae gymnasticae, v. c. equitandi, pugnandi etc. Ceterum omnino multa de vera hominis cultura praeclare dicta reperies apud Isocr. Panathen. II, 195 — 197.

ετι γε μαλλον] Vterque cod. ετι δε μ. Huius Lacedaemoniorum instituti aliam causam refert Val. Max. II, 6. 2. *ad dissimulandum et occultandum vulnerum suorum cruorem poeniceis in proelio tunicis vtebantur, non, ne ipsis adspectus eius terrorem, sed ne hostibus fiduciae aliquid adferret*, vid. et Zeun. ad Xen. Ages. 2, §. 7.

βαθυτερας οψ.] Vid. not. ad II, 36 med.

ὁτι ουκ εξην] est ὁτι narrativum, de quo III, 34 in.

σκυλευσαι τον πολεμιον] Lycurgus hostes spoliare hac de causa vetuit, quam ipse reddidisse dicitur, ne scilicet in proelio remitterent de pugnae ardore, dum inhiarent illis spoliis et simul vt Laconicam servarent frugalitatem, quae illis hostium spoliis poterat corrumpi.

θαλλοις] Θάλλος, Hesych. et Tim. lex. Plat. κυριως ὁ της ελαιας κλαδος, ramus olliuae vel etiam surculus palmae, it. flos, germen et quidquid viret. H. l. autem prius designatur; oleaginea enim corona apud Laconas erat virtutis bellicae praemium, ap. Herodot. VIII, 125. ea dicitur αριστηϊα.

δι' επαινων ηγ.] *laudabantur*. De hac circumscriptione Part. δια vid. II, 38 med. et not. it. III, 22 fin. et VIII, 2. Ceterum tales laudationes pro patria mortuorum et apud alios Graecos, maxime Athenienses,

ἤγοντο. οἱ δὲ τελέως ἀφιξεύσαντες, καὶ Φοινικίδος αὐτοῖς ἐπιβληθείσης ἐνδόξως ἐθάπτοντο.

ΚΕΦ. Ζ'.

Περὶ σεισμῦ τῇ Σπάρτῃ ἐπιπεσόντος.

Ὅτε οἱ Λακεδαιμόνιοι τὺς ἐκ Ταινάρου ἱκέτας παρασπονδήσαντες ἀνέσησαν, καὶ ἀπέκτειναν, (ἦσαν δὲ οἱ ἱκέται τῶν Εἱλώτων) κατὰ μῆνιν τῦ Ποσειδῶνος, σεισμὸς ἐπιπεσὼν τῇ Σπάρτῃ τὴν πόλιν ἀνδρειότατα κατέσεισεν, ὡς πέντε μόνας ἀπολειφθῆναι οἰκίας ἐξ ἁπάσης τῆς πόλεως.

ΚΕΦ. Η'.

Περὶ Ἀρταξέρξυ ἀναιρέσεως.

Ἀρταξέρξην, τὸν καὶ Ὦχον ἐπικληθέντα, ὅτε ἐπεβούλευσεν αὐτῷ Βαγώας ὁ εὐνοῦχος, ὃς ἦν Αἰγύπτιος, φασὶν ἀναιρεθέντα καὶ κατακοπέντα, τοῖς αἰλούροις παραβληθῆναι. ἐτάφη δέ τις ἄλλος ἀντ' αὐτῦ, καὶ ἀπεδόθη ταῖς βασιλικαῖς θήκαις. θεόσυλίαν μὲν τῦ Ὤχυ

fes, erant in vſu; eiusmodi reperies inter orationes Lyſiae; plura de hoc more vid. Thucyd. II, 34.

Τὺς ἐκ Ταινάρου ἱκέτας] *Tænarum* eſt promontorium Laconicum, vbi templum fuit Neptuni, in quod confugerunt *ſupplices*, quiqui tandem illi fuerint.

παρασπονδήσαντες ἀνέσησαν] promiſerunt ſupplicibus ſalutem, dum eos ex templo et ab ara *ſurgere iuſſerunt*.

Εἱλώτων] de *Helotis* vid. III, 20 fin. not.

κατέσεισεν] Secundum Diod. XV, p. 378. res accidit paullo ante bellum Meſſeniacum tertium.

Ὦχον] De quo vid. ſup. IV, 8. et not.

Βαγώας] Fuit hic, etſi *Aegyptius*, tamen etiam *ad bellum*, et contra Aegyptios quidem ſumma ferme cum poteſtate adhibitus ab Ocho; et poſtea tantum apud eum potuit, vt ſummam in regno haberet poteſtatem, nec quidquam ageret praeter eius ſententiam.

Digitized by Google

Ὦχε καὶ ἄλλας μὲν λέγονται, καὶ μάλιστα κατὰ τὴν Αἴγυπτον. τῷ δὲ Βαγώᾳ ἐκ ἀπέχρησε τὸ ἀποκλεῖναι τὸν Ὦχον· ἀλλὰ γὰρ καὶ ἐκ τῶν μηρῶν αὐτῷ λαβὰς μαχαιρῶν ἐποίησε, τὸ φονικὸν αὐτῷ ἐκδεικνύμενος διὰ τούτων. ἐμίσησε δὲ αὐτὸν, ἐπεὶ τὸν Ἄπιν ἐν Αἰγύπτῳ γενόμενος ἀπέκλεινε καὶ ἔτος, ὡς ὁ Καμβύσης πρότερον.

ΚΕΦ. Θ'.

Περὶ θησαυρῶ ὑπὸ Δελφῶν ζητουμένω ἐν Πυθοῖ.

Ἐπεὶ καὶ ἐκ τῶν Ὁμήρω ποιημάτων ἦκεν εἰς Δελφοὺς λέγουσα δόξα, παλαιόπλουτον εἶναι τὸ τῦ Ἀπόλλωνος χωρίον, ἐν τοῖς ἔπεσιν ἐκείνοις·

Οὐδ' ὅσα λάϊνος οὐδὸς Ἀφήτορος ἐντὸς ἐέργει
Φοίβω Ἀπόλλωνος Πυθοῖ ἐνὶ πετρηέσσῃ.

ὡς ὁ Καμβύσης] Nam et ille quum Aegyptum domuisset, irridens Aegyptios, Apin vulnerauit et occidit, vid. Herodot. III, 27. ff. vbi et Apis adcurate, vt et eius inuenti festiuitas exponitur.

Οὐδ' ὅσα etc.] Vid. Hom. Il. ί, 404. f. In cognomine Apollinis ἀφήτορος ipsi veteres incerti fuerunt, vt videri potest apud Eustath. ad h. l. Triplicem enim adfert significationem: 1) *iaculatoris*, τοξότε, ab ἀφίημι, ἀφήσω; 2) *prophetae* et *oraculi datoris*, ex α, quod est ὁμῦ *simul*, et φάω, *dico*; vel 3) *thesauri*, sicut Strabo tradit IX, p. 421. quosdam ita accepisse illud vocabulum. Secundam reliquis praeferendam vix dubitat Periz., quum a verbo ἵημι et compositis non descendant eius formae et terminationis vocabula, a verbo autem φάω et φημι plura, vt ὑποφήτωρ, συμφ. simil. Sic et Hesych. ἀφήτορος, προφητευόντος, ἢ τε τοξότε, ἀφήτορσα, μαντεία; it. Suidas. Quae etsi plane non reiecerim, priorem tamen derivationem non minus probabilem putarim, tum quia Hesych. vtramque excipit, tum ob ignorantiam nostram omnium vocum derivatarum, quippe quum et ἥμων, *iaculator*, ab ἵημι ortum sit, sicuti ἡμοσύνη, *iaculandi peritia*.

ἐεργεῖ] pro ἐέργει.

Πυθοῖ] Vid. ad II, 13 med.

τὲς Δελφὲς ἐπιχειρῆσαι διασκάπτειν λόγος ἔχει τὰ περὶ τὴν ἑσίαν, καὶ τὸν τρίποδα· γενομένων δὲ σεισμῶν περὶ τὸ μαντεῖον ἀνδρικῶν, παύσασθαι σωφρονήσαντας.

ΚΕΦ. Ι΄.

Νόμος περὶ ἀσῶν παρὰ Περικλέες τεθείς.

Περικλῆς στρατηγῶν Ἀθηναίοις νόμον ἔγραψεν, ἐὰν μὴ τύχῃ τις ἐξ ἀμφοῖν ὑπάρχων ἀσῶν, τούτῳ μὴ μετεῖναι τῆς πολιτείας. μετῆλθε δὲ ἄρα αὐτὸν ἡ ἐκ τῷ νόμῳ νέμεσις. οἱ γὰρ δύο παῖδες, οἱ περῶν ἦσαν αὐτῷ, Πάραλός τε καὶ Ξάνθιππος, ἀλλὰ ἔτοι μὲν κατὰ τὴν νόσον τὴν δημοσίαν τῷ λοιμῷ ἀπέθανον. κατελείφθη δὲ ὁ Περικλῆς ἐπὶ τοῖς νόθοις, οἱ περῶν ἐ μετέσχον τῶν τῆς πολιτείας κατὰ τὸν πατρῷον νόμον.

ΚΕΦ.

τὲς Δελφὲς] scilicet ciues aeque ac ipsa vrbs, dicebantur Δελφοί. Quod vero hic narratur, accidit tempore sacri s. Phocici belli, quando tamen non ipsi Delphici, sed Phocensis Onomarchus cum suis tentauit noctu effodere humum, quum, vt arbitratur Periz., non reperirent in templo opes Homerici temporis et depraedationem templi ante sua tempora a Phlegis (vid. Schol. ad Hom. Il.) factam ignorarent, vid. Strab. d. l.

ανδρικων] i. e. μεγαλων, Strab. d. l. Sic c. 7. ανδρειοτατα, *maxime*.

Περικλῆς στρατηγ.] De *Pericle* vid. not. ad II, 13 med. De *strategis* autem ad V, 13 med.

εαν μη τυχῃ] Antiqui Athenienses facile olim in ciuitatem recipiebant peregrinos, et ex eo validi euaserunt ac potentes, vt testatur Thucyd. I. init., vid. et Nostr. infr. XIV, 5 in. At postea Pericles, abundante iam multitudine et aucta in maiorem modum opulentia Athenienſium, hanc legem tulit, vid. Aristot. polit. III, 1. et 3. Ceterum ista lex Periclis, ipso suadente, qui nothum etiam habebat ex Aspasia, sublata est; atque ita dein facillime iterum dabant exteris ciuitatem.

επ. τ. νοθοις] *nothis superstitibus*; sic Alciphr. ep. I, 3 extr. επι παιδιοις ζωντες, *viuentes liberis superstitibus*, et ep. 11. φευγων επι τεκνοις και γυναιξιν. Lucian. επ' εμοι τεθνηξεσθαι, *me viuo* s. *superstite* cet. — Vnus tantum memoratur nothus a Plut. et Suid. dicebaturque etiam Pericles, qui post-

ΚΕΦ. ΙΑ.

Περὶ Γέλωνος τὴν ἀρχὴν ἀποδῶναι βουλομένου.

Γέλων ἐν Ἱμέρᾳ νικήσας Καρχηδονίους, πᾶσαν ὑφ' ἑαυτὸν τὴν Σικελίαν ἐποιήσατο. εἶτα ἐλθὼν εἰς τὴν ἀγορὰν γυμνὸς, ἔφατο ἀποδιδόναι τοῖς πολίταις τὴν ἀρχήν. οἱ δὲ οὐκ ἤθελον, δηλονότι πεπειραμένοι αὐτοῦ, καὶ δημοτικωτέρου, ἢ κατὰ τὴν τῶν μοναρχῶν ἐξουσίαν. διὸ καὶ τοῦτό τοι καὶ ἐν τῷ τῆς Σικελίας Ἥρας ναῷ ἔστηκεν αὐτοῦ εἰκὼν, γυμνὸν αὐτὸν δεικνῦσα, καὶ ὁμολόγει τὴν πρᾶξιν τοῦ Γέλωνος τὸ γράμμα.

postea inter illos στρατηγὸς fuit, qui ad Arginusas insulas pugnarunt feliciter quidem contra Laconas, sed tamen, quia quosdam suorum reliquerant insepultos, damnati sunt et a populo occisi.

τῶν τῆς πολιτείας] Sic etiam supr. III, 19 med. τὰ τῆς μνημης pro ἡ μνημη.

Ἐν Ἱμέρᾳ] Accidit haec victoria eodem anno, quo Xerxes Graeciam inuasit, et eo quidem die, quo Leonidas cum suis trecentis vicit et occubuit ad Thermopylas sec. Diod. XI. sed secundum Herodot. VII, 166. eodem die, quo Graeci vicerunt Xerxem ad Salamina. Pacem dein petiuere Carthaginienses et impetrauere; sed legibus a Gelone dictis, vt duo millia talentorum soluerent ad sarciendas belli impensas, nec amplius victimas mactarent humanas. Ceterum ἐν pro παρὰ iuxta passim apud Nostr. occurrit.

γυμνὸς] Non tantum hoc de armis, sed et de vestibus exterioribus intelligendum esse docet Noster infr. XIII, 37. et Polyaen. I, 27. Diod. XI, 26.

Ἥρας ναῷ] Sic Caesar, (Suet. Caes. c. 7.) in Herculis templo Alexandri M. imaginem animaduertit.

ἕστηκεν] Ἑστηκέναι de statuis proprium est verbum; simil. Aristoph. *Aues*, v. 514.

τὸ γράμμα] Perizonius hoc vel de *pictura* intelligi, vel *επιγράμμα, inscriptionem*, legivult, sed cum cl. Kuhn. retinendum puto vulgatum, idque de *inscriptione* intelligendum, quod et Perizonio, qui hanc notionem huius vocis in Suida et in fragm. Callimachi reperit, placere videtur. Cuper. obs. p. 39. γράμμα vertit *statuam*. Ceterum aliam Noster infr. XIII, 37. huius facti occasionem et causam memorat; nec non Herod. VII, 155. iam ante hanc victoriam, quum quos-

Digitized by Google

τὺς Δελφὺς ἐπιχειρῆσαι διασκάπ
